
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
24 I
M20

VMBRA
ILLVMINATA.
DE GVBERNATIS.

VMBRA ILLVMINATA:

COMMENTARIVS

Ad Vmbram Apologeticam P. Ludouici Rozycij.

De primo, & Genuino sensu Praecepti de Pecunia in Regula Minorum appositi.

Editus


DE MANDATO EM.MI PROTECTORIS

CARD. CYBO.


PER FR. DOMINICVM DE GVBERNATIS A SOSPITELLO.

Eiusdem Ordinis Theol. atque Chronologum Generalem.

Reformatae Prouinciae S. Thomae Patrem.







Romae, Typis Reu. Cam. Apostolicae 1687.

Superiorum permissu.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. P. Sac. Apost. Pal. Mag.

Steph. Ioseph Menattus Epist. Cyrenen. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Ioseph Clarionus Sac. Theol. Mag. ac Reuerendiss. P. F. Dominici Mariæ Puteobonelli S. A. P. Mag. Ordinis Prædicatorum.

DIVO

DIVO PATRIARCHÆ PAVPERVM S. FRANCISCO SERAPHICO

PERFECTISSIMO PECVNIARVM OSORI, ET EXACTISSIMO SIMPLICIS VERITATIS AMATORI.


AVE Pater Sanctiſſime. Adeſto Seraphice Ductor illo tuo igneo curru, in quo nocturnas fulminans tenebras, velut alter de Cœlo Elias, fulgore vndique coruſcato tuis diſcipulis apparens etiam obſtruſa cordium ſecreta reſeraſti. Teterrimæ illius noctis, quæ ſæculi vitijs fædati, diuitiarumque cu-

pidine preſſi typus erat, adhuc Vmbræ ſuperſunt tuis radijs eliminandæ, quas amabiles eſſe poſſe, nunquam crediderim, quia lucidiſſimæ tuæ Regulæ oppoſitæ. Si ſemel in tuorum Reformata Septa caſtrorum aditum inueniat hæc *Vmbra*; heu quot inimicæ ſub illa deliteſcent inſidiæ! quot iacula eo minùs præuiſa, quo magis vmbrata; & eo magis noxia, quo minùs præuiſa Tuam Dilectiſſimam Sponſam Dominam Paupertatem inſanabili plaga confodient! Aduoca (id enim opus expoſtulat) aduoca in defenſionem illius Diuinum Seraph, vtque repullulãtes caligines celeriùs, effugentur, ſex ſimul in volatum commoueat alas tam fulgidas, quàm ignitas,

qui-

quibus & obſcuritatem ; & frigus *Vmbræ* gemellos partus antequam ſoboleſcant, exterminet. Timuere nec immerito Regulæ tuæ Zelotes ab hac *Vmbria*, & menti cæcitatem Ægyptiacam, & charitati frigus ſarmaticũ; at vbi eam tibi proximare, Tuoq; ſub Numine conſpexi, Vmbratiles riſi conatus. *Te Duce, in quo clara luce vexilla Regis prodeunt* (In off. S. Franc.) *Vmbra* non modo militare, arma capere, ſed nec Nomen habere permitteretur. Tuum itaque hoc opus eſt ò Pauperum Patriarcha, qui *In paupertatis prædio Minorum plantans vineam oſtendiſti Magiſterio vitæ viuendi lineam.* (Ibid.) Quicquid in exponenda, quàm Chriſto dictante nobis ſcripſiſti Regulam, quomodo

 ſa-

ſanè tua ſint intelligenda Verba, cui zelotes intentant, Tuo lumine illuſtra, *Viua lucerna populis*; (Ibid.) vt tuis è fontibus hauſtum, velut opus tuum, quia cum obedientiæ merito ſuſceptum, potiori iure tuearis; cui me inter Minores tuos minimum, meaque omnia, non amplius mea irreuocabili donatione Tibi dicata, quoties reſpiro, toties hilariſſimè volo eſſe conſecrata.

Ita voueo
Tuæ Sanctitatis indignus filius

Fr. Dominicus à Soſpitello

EM.MO S. R. E. PRINCIPI

ALDERANO

CARDINALI CYBO

ORDINIS SERAPHICI PROTECTORI VIGILANTISSIMO.



E Spartanis ſeptingentis (Eminentiſſime Princeps) qui ſanguine ſuo ad Termopylas generosè profuſo flammas extinxerunt, quas Xerſes exercitu innumero Græcæ inferebat vniuerſæ; Leonide vnius nomen remanſit apud hiſtori-

cos dignis laudibus celebratum. Scipioni vnico, addito Africani glorioſo cognomine, Africæ ſubiectio commemoratur accepta; de Iulio Cæſare vniformi ſcribentium calamo decantatum legimus, quòd dignitatem Imperij primus excogitarit, ſolus in Vrbe firmauerit. Ab vno quippe capite virtus vniuerſa dimanat in corpus. Serpens prudentiæ typus ſaluo capite, totum corpus infringi, quodammodo non timet. Pauebat (nec immeritò) errorum tenebras,

fri-

frigusque mortale ab Vmbra Rozyciana Seraphicæ Religionis pars illa in intimo cordis tui, Princeps Eminentissime, selecta nomen à Strictiori Obseruantia sortita Reformatio. Nec tamen fuit, vel quod sub vigilantissimo capite atque amantissimo Patre, sub clarissima tuæ Protectionis luce, timeri posset, vel qui ad defensandam nomine proprio caussam communem præsumeret insurgere; Dauid non nisi recepto Saulis Regis imperio contra Goliath perre-

xit ad certamen. Exemplo Ioab ad Regem ſcribentis, *Congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam, ne cum à me vaſtata fuerit Vrbs, nomini meo adſcribatur victoria*; (2. Reg. 12.) Supplex ad inconcuſſum Eminentiæ Tuæ zelum pro integra Regulæ Seraphicæ puritate accurrit Reformatorum Procurator Generalis Fr. Carolus Franciſcus a Variſio: Virtus imperij tui, fructus obedientiæ meæ eſt, quod pro Matris incolumitate ſub Eminentiæ Tuę nomine produco; certo certiùs de mea

non

non potui tenuitate non dif-
fidere ; ſed imperantis au-
thoritas , & virtus obedien-
tiæ vires addiderunt , vt
opus abſolueretur , vt ap-
probarent peritiſſimi, atque
zelantiſſimi Theologi. Quod
ergo tuum , Cardinalis Am-
pliſſime, omni titulo non di-
ci non poteſt, concede, ro-
go , vt ſub inalterabili tui
Nominis Luce ad omnem
effugandam , quæ nocere po-
tuiſſet , Vmbram , publico
Reformationis bono produ-
catur in Lucem . Sic te Deus
ad Neſtoreos annos, & pro

Se-

Seraphicæ Religionis, & pro Vniuerſalis Eccleſiæ commodo ſeruet incolumem, quod ſupplex oro

Emin. Tuæ Card. Ampliſſime

E tuo S. Petri Montis aurei de Vrbe Cænobio die 12. Auguſti S. Claræ Sacro 1687.

Inter Minores tuos minimus, & obſequentiſsimus in Chriſto filius, & ſeruus

Fr. Dominicus de Gubernatis.

Decre-

Decretum A.R.P.Procur.Gen.Ref.de mandato Eminentissimi Protectoris.

CVM ab Adm.Reu.P.Ludouico Rozycio nostrę Reformatæ Prouinciæ Minoris Poloniæ tunc Ministro Prouinciali, editus fuerit in lucem quidam tractatus de pecunia, & vsu Syndici Apostolici, nostræ Strictioris Obseruantiæ professioni non leuiter præiudicialis; Eminentiss. D. D.Cardinalis Cybo, Ordinis Seraphici Protector vigilantissimus, atque zelantissimus, de ipso, atque de periculo inter Reformatos inde imminente informatus, facta mihi commissione speciali mandauit, vt Fr. Dominicus de Gubernatis Prouinciæ nostræ Reformatæ S. Thomæ Pater, & Ordinis Chronologus, ad tractatum illum appositis Commentarijs responderet, & materiam illam in nostra Reformatione adeò periculosam iuxta decretales Nicolai III. *Exijt*, & Clementis V. *Exiui*, prout à Reformationis Institutione obligamur, remotis ambagibus, atque periculis, ad omnimodam Regulæ puritatem explicaret. Datum in Conuentu nostro Sancti Petri Montis aurei die 28. Iulij 1687.

Fr. Carolus Franc. de Varesio Proc.Gen.

Appro-

LIbrum, cui titulus est, *Vmbra Illuminata* ab A.R.P. Dominico de Gubernatis Prouinciæ Reformatæ S. Thomæ Apostoli Patre, Lectore Theologo, & Ordinis Seraphici Chronologo Generali compositum, ego inscriptus in Conuentu S. Francisci de Vrbe S. Theologiæ, atque Regulę Lector de mandato Reuerendissimi P. Ministri Generalis attentè legi, & accuratè relegi. Et quia in nullo sinceræ Fidei, Christianisque moribus, vel Regulæ Minoriticæ repugnare comperi; immo iuxta mentem Seraphici Pauperum Patriarchæ perniciosam illam, atque Reformato Instituto contrariam P. Rozycij Vmbram huius clarissimæ, atque solidissimæ doctrinæ luce dilucidari, & à Strictioris Obseruantiæ Professoribus eliminandam fore non dubito; ideo nequis inter Reformatos sub Vmbra Rozyciana deceptus ambulet in tenebris, dignissimo prælo censeo; Si ita censeant, illi, ad quos pertinet. Dat. in Conuentu S. Francisci trans Tyberim dę Vrbe die 7. Aug. 1687.

Fr. Alexander à Grauedono Sac. Theologiæ, & Regulæ Lector.

EX

Ex commissione Reuerendissimi Patris Ministri Generalis diligenter perlegi Opusculum, quod inscribitur *Vmbra illuminata &c.* ab eruditissimo Viro R. A. P. Dominico de Gubernatis Sacræ Theologiæ Lectore emerito, & nunc Ordinis Minorum dignissimo Chronologo elaboratum. Cumque in eo nihil Catholicæ Fidei dissonum, & Christianæ vitæ moribus nihil contrarium adsit: Erit sanè opusculum istud Seraphicæ familiæ non modicum vtile, præsertim zelatoribus verioris intellectus 4. Capitis Minoriticæ Regulæ; quare pro erudiendis, & illuminandis Religiosis nostris sedentibus in tenebris, & vmbra mortis, in materia suo statui, & professioni valdè necessaria; dignum existimo in lucem edi, & Typis mandari. Ita subscripsi Romæ in Conuentu nostro Sancti Francisci ad Ripam Tyberis hac die 5. Augusti 1687.

Fr. Bonauentura à Preneste Sacræ Theologiæ Lector.

Iussu

IVssu Reuerendiss. P. Ministri Generalis haud quaquam properantibus oculis perlustraui *Vmbram illuminatam &c.* Ab A. R. P. Dominico de Gubernatis Ordinis Minorum Chronologo, iamque ex *Orbe Seraphico* clarissimo, prælo mox submittendam. Et sicut mærens suspectaueram illa latere sub Vmbra dolosos cuniculos, qui ad euertendam arcem purioris, Strictiorisque nostræ Regulæ Obseruantiæ, quam Reformatorum cætus semper, & vbique professus est, clanculum procederent; Sic nunc lætus conspicio hoc *Commentarium* illuminasse abscondita tenebrarum, vmbrosasque patefacere insidias, atque vbi Pauperum Patriarcha in veritatis meridie cubet, suasque sublimiori perfectionis cibo oues pascat, ostendere. Quapropter non dubito luci mandandum Opusculum adeo præclarum, vt vel ipsam Aquilonarem *Vmbram* valeat illustrare; cum nihil in eo, quod sinceræ fidei, probisque moribus aduersetur, sit reperire; quinimò totum Seraphici instituti, Minoriticæque paupertatis zelum maximum spiret.

Romæ Kal. Augusti 1687. in Conuentu Sancti Francisci ad Ripas Tyberis.

F. Deodatus à Roma S. Theol. Lector.

FA-

FACVLTAS
Reuerendiſs. P. Generalis.

Fr. Petrus Marinus Sormanus de Mediolano Lector Iubilatus, Sanctæ Inquiſitionis Officij Conſultor, Ex Guardianus Sacri Montis Sion, & totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici Patris noſtri Franciſci Miniſter Generalis, & Seruus. Dilecto nobis plurimum in Chriſto Patri Fratri Dominico de Gubernatis Lectori Theologo, Prouinciæ noſtræ Reformatæ Sancti Thomæ Apoſtoli Patri, & pro Seraphica noſtra Religione Chronologo Generali ſalutem in Domino ſempiternam.

LIbrum, cui titulus; *Vmbra illuminata*, De primo, & genuino ſenſu Præcepti de Pecunia in Regula Minorum appoſiti, de mandato ſpeciali Eminentiſs. D.D. Cardinalis Cybo Religionis noſtræ Seraphicæ vigilantiſsimi Protectoris à te compoſitum, & ab aliquibus Patribus Theologis, quibus id commiſimus, approbatum, vt Typis edere poſsis, ſeruatis alias de iure ſer-

ſeruandis, tibi concedimus, & ad meritum ſalutaris obedientiæ cum benedictione noſtra ſpeciali, iniungimus. Datum Romæ in noſtro Conuentu Aracælitano anno 1687. die 13. Auguſti.

Fr.Petrus Marinus
Min.Gen.

De mandato Suæ Reuerendiſsimæ Paternitatis.

Fr.Franciſcus à Baſſano Sec.Gen.

Reg.T.P.

PRÆ-

Contra Salomonis oraculum; Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem, (Eccl.11.) *Vespertiliones, & Noctuæ toto garritu, atque stridore reclamant. Nec mirum: infirmis eorum luminibus, nisi* Vmbra *tegantur Solares radiј tormenta ferunt, non oblectamenta. Aquilæ sunt consulendæ de luce, quæ immota pupilla Phœbeam lampadem contemplantur. Quid dicant aues noctiuagæ, quæ primo diei in albore cæcutiunt? Donetur tamen vel vt venia, vel vt miseria corporeis oculis, quòd vehementioris lucis vim sustinere non possint; illa est sensus imbecillitas, vt dixit Philosophus,* sensibile excellens corrumpit sensum. (Arist.l.3.de Anima) *At verò, qui mentis oculo, quæ veritatis fulgentiori luce roboratur certius, quàm hebetetur, veritatem ipsam, lucis æternæ candorem, nisi errorum nebulis obumbratam intueri aut non valent, aut non volunt, quo pacto dicantur excusabiles? Difficillimo de Pecuniæ præcepto in Regula Minorum à Patriarcha Pauperum apposito ad faciliorem intelligentiam, Lucem ediderat Apologeticam*

P.Cle-

P.Clemens Pelandus ex Reformatione Bergomensi Theologus; Vmbram *huic Luci opposuit Apologeticam P. Ludouicus Rozycius tunc in Reformata Prouincia Minoris Poloniæ Minister, veritus nimirum, ne splendore nimio multorum lumina offenderet, ac si Seraphicæ Phænicis filij, bubones essent ignaui. Rectè, an perperam senserit, aliorum non mea sit sententia, sincerumque iudicium. In Cœlo coram increata Luce potuere passionum Montes* Vmbras *excitare; quanto magis in terra,* Vbi contra bonum malum est, sic & contra virum iustum peccator? (Eccl. 33.) *At qui primus sub arborum* Vmbra *se addidit, fuit Protoplastes Adamus, non in innocentiæ statu, sed vbi primum culpa se conscium agnouit; vt ab ipso mundi primordio innotescat, haud sincerè esse conscientiæ, fugere meridiem, vmbracula perquirere. Potuit quidem P. Rozycius non ex voluntatis affectu, sed exercitij gratia in* Vmbra *sua pugnas effingere; Sed quia non minus in fictitia palæstra victori adiudicantur encomia, quæ non rarò ab affectione potiùs quàm à ratione dependent; opinari non repugnat, terrenarum aliquos cupiditatum æstu agitatos, vt culparum suarum maculas etiam oculis Domini, si fas est, speciosis rationum fo-*

lijs

ljs abſcondere poſſint, ad excuſandas excu-
ſationes in peccatis, (Pſal. 140.) *ad hanc
quaſi ligni in medio Paradiſi Reformatæ Ob-
ſeruantiæ eminentis Apologeticam* Vmbram
fore acceſsuros : Aliquarum tamen Arborum
Vmbra *necari germina, immo nimia propin-
quitate omnibus* Vmbram *eſse venenum, ait
Plinius*. (Plin. l. 17. c. 12.) *Hanc præcipuè
Rozycy* Vmbram *ijs, quæ Cæleſtis Agricola
in* Regula *Minorum ſeminauit, noxiam, &
veneratam eſse cenſuere viri zelotes; atque ni
maturè procul arceatur, virentia Seraphicæ
Reformationis germina enecare poſse, non du-
bitarunt: Eis itaque procurantibus, vt noua
luce* Vmbra *dilucidata euaneſcat, mandante
zelantiſſimo, non minùs quàm Eminentiſſi-
mo noſtri Ordinis Protectore Alderano Cardi-
nali Cybo de ſalutaris obedientiæ merito confi-
dens manum operi admoui; at leui conatu, ne
videar (quod ſomniantibus vſu venit) totis
viribus decretaſse cum* Vmbra.*Præcipua tan-
tùm argumenta, in quibus maximè fidit, diſ-
ſoluenda confido, vt innoteſcat, Rozycium non
ineptè* Vmbram *tantopere optaſse, cum adeò
facilè allucinetur in luce, vnde poſuit*, quaſi
noctem *Vmbram* ſuam in meridie (Iſai. 16.)
Si verò euocari poſſint, qui in currenda via

man-

mandatorum Dei, eiusque quam professi sunt, Regulæ Francisc anæ Strictiori Obseruãtia facilius defatigantur; Rhamni vocem audientes ad ligna; Venite & sub *Vmbra* mea requiescite; (Iudic. 9.) *Serpente sensim vniuersum in Corpus Strictioris Obseruantiæ tacito veneno; quia naturali corruptæ naturæ defectu*, nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, *non dolere citò non poterimus, iam hostibus arce potitis*, Ibi habuit foueam Ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in *Vmbra* eius. (Isai. 34.) *Auertat omen malum Verus ille Sol Iustitiæ, qui* releuat profunda de tenebris, & producit in lucem *Vmbram* mortis, (Iob. 12.) (*& quod humiliter oro*) *ad eliminandam hanc* Vmbram *cælesti sua luce me illuminare dignetur*.

OBIE-

OBIECTVM OPERIS

Adsit Dominus.



EMVLAMINI charismata meliora, (1. Chor. 12.) inquit Apostolus. Eò enim collimare debet omne discipulorum Christi studium, vt eundo, iuxta Psalmistam, *de virtute in virtutem*, (Psal. 82.) ad omnimodam virtutum perfectionem incessanti conatu perueniant: *vt in omnibus possitis perfecti stare*, (Eph. 6.) vt monet Apostolus. Hanc verò possibilem in mundo perfectionem (plena namque solùm reperitur in Cælis, si gratias omninò speciales excipias) eodem Paulo docente, nouimus in eo esse præcipuè collocatam, vt vnanimi sensu, insolubili charitatis glutino ad præfixum metæ religiosæ terminum contendamus; *Obsecro vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schysmata; sitis autem perfecti in eodem sensu, & in omni Sientia.* (1. Chor. 1.) Seraphicus Ordo Minorum (Sic à Clemente VIII. alijsque Romanis à Pontificibus

nuncupatur) per vnicam, sed perfectam Regulam in vnitate sensus à S. Francisco in purissima Regulæ obseruantia constitutus, quatuor in membra potissima iam diuisus esse cognoscitur. Perarduos vitæ rigores, præsertim verò difficillimum Euangelicæ paupertatis apicem in ipsa præscriptos causam diuisioni præbuisse, non dubitamus. Humanæ fragilitati compatientes diuersi Romani Pontifices præter aliqua dispensationis priuilegia, quæ postulantibus indulserunt, etiam Regulam ipsam, salua essentiali eius puritate, præscindendo à rigoribus, aliqui etiam cum aliquali dispensatione declararunt. At verò Nicolaus III. in primo Religionis sæculo per suam decretalem, *Exijt qui seminat*; Et Clemens V. in secundo per suam Clementinam *Exiui*, in Concilio Viennensi editam, Regulam eandem in omnimodo ipsius rigore ad purissimam S. Francisci mentem exposuerunt vt ipsi testantur. Cum ergo rerum omnium, etiam minimæ acus dominium & in particulari, & in communi fratribus interdicatur, vsus tamen omnium illarum, quæ vel ad vitæ sustentationem, vel ad Officia

cia

cia religiosa exercenda, sunt necessariæ, illis conceditur; at iuxta paupertatis statum, seclusa omni superfluitate, pretiositate in genere suo, atque thesaurizatione; solùm pro vera, realique necessitate. Denarij verò, atque Pecuniæ non modò dominium, sed & vsus prohibetur ex triplici Regulæ præcepto; vnde definiendum est, quid sit Pecunia, pro vt à Denario in Regulæ prohibitione distinguitur: ab Ordinis initio Patres, & Expositores, & principaliter Nicol. III. & Clem. V. in citatis suis decretalibus notarunt, excludi per Pecuniam in Regula prohibitam, quicquid, quocumque modo fratribus offertur, non vt ipso in propria specie, ac indiuidualiter vtantur; sed vt æstimato pretio vel expresse vel tacitè distrahantur, & in aliud pro fratrum necessitatibus commutentur. Iuxta ergo præcitatam Nicolai decretalem (& si cæteræ Romanorum Pontificum expositiones sint in hoc puncto laxiores) non licet Fratribus, illa ipsa, quibus vti licet, ad pretiositatem, ad superfluitatem, vel ad thesaurizationem, vel eo animo vt distrahantur admittere. Ad expositiones huius-

modi Apoſtolicas Nicolai, & Clementis Regulam obſeruare tenentur ex ipſa Reformationis inſtitutione per Bullas Pontificias Fratres Minores de Strictiori Obſeruantia, quos in Hiſpania Diſcalceatos, in Gallia Recollectos, atque Reformatos in Italia nuncupamus: Regularis Obſeruantiæ Profeſſores pluribus in Capitulis Generalibus ab anno 1606. hùc vſque renouata proteſtatione ad ipſarum Nicolai, & Clementis Decretalium rigorem (reſeruato tamen vt, optimè notauit P. Ioannes Baptiſta de Modoætia infra citandus, Syndico, vt dicunt, Martiniano) ſe ipſos obligarunt; approbata, & confirmata per literas Apoſtolicas Vrban. VIII. *Sacroſanctum*, &c. 1625. & Innoc. XI. *ſollicitudo Paſtoralis* 1679. huiuſmodi proteſtatione ac obligatione: Patres noſtri Conuentuales Regulam ipſam, at per Apoſtolica priuilegia, Sacrique Concilij Tridentini diſpenſationem modificatam inculpabiliter obſeruare profitentur. Religioſiſſimi Patres noſtri Capucini, pro vt ex bulla Clementis VII. *Religionis zelus* &c. 1528. pro illorũ prima inſtitutione ſeu diſtinctione edita, Regulam ipſam nullo recepto priui-

legio

legio dispensatiuo, nec tamen ad præfatas rigorosas Nicolai, & Clementis expositiones apposita obligatione, *quantùm humana fragilitas patitur* sanctè custodire gloriantur.

Reformati ergo, vt dixit Clemens VIII. in Apostolico suo diplomate *ex iniuncto* (Orb. Seraph. tom. 2. f. 371.) &c. die 7. Septembr. 1602. *obligantur puriùs & iuxta ipsius Regulæ literam declaratam per recolendæ memoriæ Nicol.* III. *& Clem. V.* (verba sunt ista Pontificis) Regulam in omnimodo rigore obseruare: Vnde factum est, vt omnes & Singuli Strictioris Obseruantiæ professores siue Cismontani, siue Vltramontani, qui pro faciliori simplicium Fratrum intelligentia super Regulam ipsam tractatus ediderunt, vniuersi ad præcitatas Nicol. & Clem. Decretales adamussim se se accommodando, fuerint in explicanda Altissimæ Paupertatis Obseruantia vniformes. Vnicus P. Petrus Marchant in Germano Belgicis Prouincijs olim Commissarius Nationalis, atque de re literaria, simul & de Religione alioqui optimè meritus, in distinguendo Pecuniam à Denarijs, prout in Regula prohibentur; & in vsu *Syndici Apo-*

ſeruandis, tibi concedimus, & ad meritum ſalutaris obedientiæ cum benedictione noſtra ſpeciali, iniungimus. Datum Romæ in noſtro Conuentu Aracælitano anno 1687. die 13. Auguſti.

Fr. Petrus Marinus
Min. Gen.

De mandato Suæ Reuerendiſsimæ Paternitatis.

Fr. Franciſcus à Baſſano Sec. Gen.

Reg. T. P.

PRÆ-

Contra Salomonis oraculum; Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem, (Eccl.11.) *Vespertiliones, & Noctuæ toto garritu, atque stridore reclamant. Nec mirum: infirmis eorum luminibus, nisi* Vmbra *tegantur Solares radij tormenta ferunt, non oblectamenta. Aquilæ sunt consulendæ de luce, quæ immota pupilla Phœbæam lampadem contemplantur. Quid dicant aues noctiuagæ, quæ primo diei in albore cæcutiunt? Donetur tamen vel vt venia, vel vt miseria corporeis oculis, quòd vehementioris lucis vim sustinere non possint; illa est sensus imbecillitas, vt dixit Philosophus,* sensibile excellens corrumpit sensum. (Arist.l.3.de Anima) *At verò, qui mentis oculo, quæ veritatis fulgentiori luce roboratur certius, quàm hebetetur, veritatem ipsam, lucis æternæ candorem, nisi errorum nebulis obumbratam intueri aut non valent, aut non volunt, quo pacto dicantur excusabiles? Difficillimo de Pecunia præcepto in Regula Minorum à Patriarcha Pauperum apposito ad faciliorem intelligentiam, Lucem ediderat Apologeticam*

P.Cle-

P. *Clemens Pelandus ex Reformatione Bergomensi Theologus*; Vmbram *huic Luci opposuit Apologeticam* P. *Ludouicus Rozycius tunc in Reformata Prouincia Minoris Poloniæ Minister, veritus nimirum, ne splendore nimio multorum lumina offenderet, ac si Seraphicæ Phænicis fily, bubones essent ignaui. Rectè, an perperam senserit, aliorum non mea sit sententia, sincerumque iudicium. In Cælo coram increata Luce potuere passionum Montes* Vmbras *excitare, quanto magis in terra,* Vbi contra bonum malum est, sic & contra virum iustum peccator? (Eccl. 33.) *At qui primus sub arborum* Vmbra *se addidit, fuit Protoplastes Adamus, non in innocentiæ statu, sed vbi primum culpa se conscium agnouit; vt ab ipso mundi primordio innotescat, haud sinceræ esse conscientiæ, fugere meridiem, vmbracula perquirere. Potuit quidem P. Rozycius non ex voluntatis affectu, sed exercitij gratia in* Vmbra *sua pugnas effingere; Sed quia non minus in fictitia palæstra victori adiudicantur encomia, quæ non raro ab affectione potius quàm à ratione dependent; opinari non repugnat, terrenarum aliquos cupiditatum æstu agitatos, vt culparum suarum maculas etiam oculis Domini, si fas est, speciosis rationum folijs*

ijs abscondere possint, ad excusandas excusationes in peccatis, (Psal. 140.) *ad hanc quasi ligni in medio Paradisi Reformatæ Obseruantiæ eminentis Apologeticam* Vmbram *fore accessuros: Aliquarum tamen Arborum* Vmbra *necari germina, immo nimia propinquitate omnibus* Vmbram *esse venenum, ait Plinius*. (Plin. l. 17. c. 12.) *Hanc præcipuè Rozycij* Vmbram *ijs, quæ Cælestis Agricola in Regula Minorum seminauit, noxiam, & veneratam esse censuere viri zelotes; atque ni maturè procul arceatur, virentia Seraphicæ Reformationis germina enecare posse, non dubitarunt: Eis itaque procurantibus, vt noua luce* Vmbra *dilucidata euanescat, mandante zelantissimo, non minùs quàm Eminentissimo nostri Ordinis Protectore Alderano Cardinali Cybo de salutaris obedientiæ merito confidens manum operi admoui; at leui conatu, ne videar (quod somniantibus vsu venit) totis viribus decretasse cum* Vmbra. *Præcipua tantùm argumenta, in quibus maximè fidit, dissoluenda confido, vt innotescat, Rozycium non ineptè* Vmbram *tantopere optasse, cum adeò facilè allucinetur in luce, vnde posuit*, quasi noctem *Vmbram* suam in meridie (Isai. 16.) *Si verò euocari possint, qui in carrenda via*

man-

mandatorum Dei, eiusque quam professi sunt, Regula Franciscana Strictiori Obseruãtia facilius defungantur; Rhamni vocem audientes ad ligna; Venite & sub *Vmbra* mea requiescite; (Iudic. 9.) *Serpentē sensim vniuersum in Corpus Strictioris Obseruantiæ tacito veneno; quia naturali corruptæ naturæ defectu,* nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, *non dolere citò non poterimus, iam hostibus arce potitis.* Ibi habuit foueam Ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in *Vmbra* eius. (Isai. 34.) *Auertat omen malum Verus ille Sol Iustitiæ, qui* releuat profunda de tenebris, & producit in lucem *Vmbram* mortis, (Iob. 12.) (*& quod humiliter oro*) *ad eliminandam hanc* Vmbram *cælesti sua luce me illuminare dignetur.*

OBIE-

OBIECTVM OPERIS

Adsit Dominus.



EMVLAMINI *charismata meliora*, (1. Chor. 12.) inquit Apostolus. Eò enim collimare debet omne discipulorum Christi studium, vt eundo, iuxta Psalmistam, *de virtute in virtutem*, (Psal. 82.) ad omnimodam virtutum perfectionem incessanti conatu perueniant: *vt in omnibus possitis perfecti stare*, (Eph. 6.) vt monet Apostolus. Hanc verò possibilem in mundo perfectionem (plena namque solùm reperitur in Cælis, si gratias omninò speciales excipias) eodem Paulo docente, nouimus in eo esse præcipuè collocatam, vt vnanimi sensu, insolubili charitatis glutino ad præfixum metæ religiosæ terminum contendamus; *Obsecro vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schysmata; sitis autem perfecti in eodem sensu, & in omni Sientia.* (1. Chor. 1.) Seraphicus Ordo Minorum (Sic à Clemente VIII. alijsque Romanis à Pontificibus

nuncupatur) per vnicam, sed perfectam Regulam in vnitate sensus à S. Francisco in purissima Regulæ obseruantia constitutus, quatuor in membra potissima iam diuisus esse cognoscitur. Perarduos vitæ rigores, præsertim verò difficillimum Euangelicæ paupertatis apicem in ipsa præscriptos causam diuisioni præbuisse, non dubitamus. Humanæ fragilitati compatientes diuersi Romani Pontifices præter aliqua dispensationis priuilegia, quæ postulantibus indulserunt, etiam Regulam ipsam, salua essentiali eius puritate, præscindendo à rigoribus, aliqui etiam cum aliquali dispensatione declararunt. At verò Nicolaus III. in primo Religionis sæculo per suam decretalem, *Exijt qui seminat*; Et Clemens V. in secundo per suam Clementinam *Exiui*, in Concilio Viennensi editam, Regulam eandem in omnimodo ipsius rigore ad purissimam S. Francisci mentem exposuerunt vt ipsi testantur. Cum ergo rerum omnium, etiam minimæ acus dominium & in particulari, & in communi fratribus interdicatur, vsus tamen omnium illarum, quæ vel ad vitæ sustentationem, vel ad Offi-

cia

cia religioſa exercenda , ſunt neceſſariæ , illis conceditur ; at iuxta paupertatis ſtatum , ſecluſa omni ſuperfluitate , pretioſitate in genere ſuo , atque theſaurizatione ; ſolùm pro vera , realique neceſſitate . Denarij verò , atque Pecuniæ non modò dominium , ſed & vſus prohibetur ex triplici Regulæ præcepto ; vnde definiendum eſt , quid ſit Pecunia , pro vt à Denario in Regulæ prohibitione diſtinguitur : ab Ordinis initio Patres , & Expoſitores , & principaliter Nicol. III. & Clem. V. in citatis ſuis decretalibus notarunt , excludi per Pecuniam in Regula prohibitam, quicquid, quocumque modo fratribus offertur , non vt ipſo in propria ſpecie , ac indiuidualiter vtantur; ſed vt æſtimato pretio vel expreſsè vel tacitè diſtrahantur , & in aliud pro fratrum neceſſitatibus commutentur . Iuxta ergo præcitatam Nicolai decretalem (& ſi cæteræ Romanorum Pontificum expoſitiones ſint in hoc puncto laxiores) non licet Fratribus , illa ipſa , quibus vti licet , ad pretioſitatem , ad ſuperfluitatem , vel ad theſaurizationem , vel eo animo vt diſtrahantur admittere . Ad expoſitiones huiuſ-

modi Apostolicas Nicolai, & Clementis Regulam obseruare tenentur ex ipsa Reformationis institutione per Bullas Pontificias Fratres Minores de Strictiori Obseruantia, quos in Hispania Discalceatos, in Gallia Recollectos, atque Reformatos in Italia nuncupamus: Regularis Obseruantiæ Professores pluribus in Capitulis Generalibus ab anno 1606. hùc vsque renouata protestatione ad ipsarum Nicolai, & Clementis Decretalium rigorem (reseruato tamen vt, optimè notauit P. Ioannes Baptista de Modoætia infra citandus, Syndico, vt dicunt, Martiniano) se ipsos obligarunt; approbata, & confirmata per literas Apostolicas Vrban. VIII. *Sacrosanctum*, &c. 1625. & Innoc. XI. *sollicitudo Pastoralis* 1679. huiusmodi protestatione ac obligatione: Patres nostri Conuentuales Regulam ipsam, at per Apostolica priuilegia, Sacrique Concilij Tridentini dispensationem modificatam inculpabiliter obseruare profitentur. Religiosissimi Patres nostri Capucini, pro vt ex bulla Clementis VII. *Religionis zelus* &c. 1528. pro illorũ prima institutione seu distinctione edita, Regulam ipsam nullo recepto priui-

legio

legio diſpenſatiuo, nec tamen ad præfatas rigoroſas Nicolai, & Clementis expoſitiones appoſita obligatione, *quantùm humana fragilitas patitur* ſanctè cuſtodire gloriantur.

Reformati ergo, vt dixit Clemens VIII. in Apoſtolico ſuo diplomate *ex iniuncto* (Orb. Seraph. tom. 2. f. 371.) &c. die 7. Septembr. 1602. *obligantur puriùs & iuxta ipſius Regulæ literam declaratam per recolendæ memoriæ Nicol.* III. *& Clem. V.* (verba ſunt iſta Pontificis) Regulam in omnimodo rigore obſeruare: Vnde factum eſt, vt omnes & Singuli Strictioris Obſeruantiæ profeſſores ſiue Ciſmontani, ſiue Vltramontani, qui pro faciliori ſimplicium Fratrum intelligentia ſuper Regulam ipſam tractatus ediderunt, vniuerſi ad præcitatas Nicol. & Clem. Decretales adamuſſim ſe ſe accommodando, fuerint in explicanda Altiſſimæ Paupertatis Obſeruantia vniformes. Vnicus P. Petrus Marchant in Germano Belgicis Prouincijs olim Commiſſarius Nationalis, atque de re literaria, ſimul & de Religione alioqui optimè meritus, in diſtinguendo Pecuniam à Denarijs, prout in Regula prohibentur; & in vſu *Syndici Apo-*

ſtolici aſſignando, cum non mediocri Profeſſionis Reformatæ præiudicio, à cæteris diſcrepauit. Indoluerunt ad hæc in vniuerſum Reformati; ſingulariter autem P. Clemens Pelandus Bergomenſis vir primi zeli, atque doctrinæ, quodam edito libello prænotatas P. Marchantij aſſertiones in profeſſione Reformata ſubſiſtere non poſſe; probauit. Pater Ludouicus Rozycius in Reformatiſſima Poloniæ Minoris Prouincia olim Miniſter edito, opuſculo quod *Vmbra Apologetica* inſcribitur, dicens animi ſui eſſe, doctrinam Marchantij defendere, vt modo viuendi Reformato conformem, eaſdem Marchantij propoſitiones nouis additis ſpeculationibus atque rationibus, Pelandi obiectiones impugnando voluit ſuſtinere. Propoſitiones ſunt iſtæ: *Denarius & Pecunia, pro vt in Regula S. Franciſci prohibentur, ſunt ferè ſynonima, & pro eodem accipiuntur. Syndicus à Martino V. deſignatus in nullo contrariatur Regulæ, aut declarationibus Romanorum Pontificum Nicol. III. & Clem. V.* Quia verò Rozycius Marchantio ſuperadditus magis acceptabilem in præiudicium Reformatæ perfectionis, opinionem poterat conſti-

ſtituere, viamque laxiori viuendi modo aperire: Mihi tandem (non attenta tenuitate mea) fuit iniunctum, vt quàm non ſubſiſtat Rozycij noua doctrina, ſubiectis ad ſingulas eius probationes in Vmbra deſcriptas commentarijs, oſtenderem. De merito ſalutaris Obedientiæ, dequæ cauſæ iuſtitia, & S. Franciſci ſpeciali aſſiſtentia confidens, commiſſam Prouinciam aſſumpſi; Vt autem clariùs ad legentium intelligentiam adlaborem, hoc ordine procedam. Primo loco ſenſum (non verba) Marchantij deinde Pelandi, producam in compendio; Rozycij deinde Textum (quem nomine *Vmbræ* ſæpè pro faciliori captu citabo) integrè per clauſulas repartitum, quibus ſingulis commentarios apponam.

Id vnum prænotare debui, quod non diſputatur hìc de propoſitionibus illis in ordine ad ſubſtantialem, ſed ad puriorem (vt ait Clemens VIII. præcitatus) Regulæ obſeruantiam, prout inter Reformatos cum omnimodo rigore cuſtoditur. Cum verò il intendamus, præter honorem Dei, lariorem veritatis intelligentiam, ad hoc t Conſodalium meorum ſalus omni ambi-

guitate ſemota maiori ſecuritate dirigatur; veritatem, non contentionem; pacem, non æmulationem; humilem Religioſitatem, non damnabilem iactantiam intrà modeſtiæ Religioſæ limites, iuxta commendatam Seraphicæ Scholæ modeſtiam, & S. Auguſtini præceptum. *Quaratur Veritas, ſed regnet charitas*; ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, probatiſſimorum Doctorum rationibus, atque ſententijs, ſectabor inconcuſsè.

Prima Pars.

CVm Petrus Marchant. dixiſſet ad cap. 4. Regulæ Minorum per varias Concluſiones; Nomine pecuniæ in Regula Fratrum Minorum nõ intelligi rem omnem, quæ accipitur eo animo, vt vendatur, ſiue diſtrahatur, ſiue vt in aliam commutetur; & denique Denarium, & Pecuniam eſſe ferè Synonima, & accipi pro eodem; Reſpondit ad hæc P. Pelandus zelo conſeruandæ Profeſſionis Reformatæ ductus, contrarium ad dicta Marchantij probando: Contra Pelandum ſic Scribit P. Rozycius in Vmbra Apologetica.

[Vmbra

[Vmb. *Respondetur* Quòd quantùm ad significationem nominis *Denariorum* quid propriè hoc nomine significetur, clarum est apud SS. Patres in sua Expositione cap. 4. Quod significetur signata moneta, seù, vt dicit P. Marchantius; *quorumuis metallorum particulæ lege publica certis quibusdam figuris insignitæ, & pro pretio rerum venalium institutæ*, quæ ob id moneta vocantur, quod nos signi impressione, Authoris, vel pretij moneant. Sicut etiam dicuntur nummi, quod ex Græco significat legem, quia lege fuerunt institutæ, *Vnde Layman tom.* 1. *lib.* 3. *fol.* 143. Ad iustitiam cusæ monetæ seu pecuniæ dicit, requiri inter alia *Secundùm Glofs. in cap. Quanto Verb. Patris, de Iure iuran. Silu. Verb. Falsarius. Nauar. lib. de Restit. cap.* 1. *num.* 316. legitimam cudendi authoritatem, quam etiam signum impressum indicat; nam monetam cudere ex Regalibus vnum est, vt constat *ex lib.* 2. *Feud. cap.*56. *quæ sint Regalia,& lib.*2.*de falsa Moneta.* Cum enim nummus ob publicam vtilitatem, & necessitatem institutus sit, non nisi illius authoritate prodire debet, qui totius communitatis curam gerit.

Dixi pro pretio rerum venalium institutæ seu quatenus sunt formale instrumentum emptionis, quia Denarij, vt sunt materiale quoddam metallum, quod vsibus Fratrum Minorum cedere potest, sic denariorum nomine non compræhen-

duntur, nec consequenter eorum receptio est interdicta. Quo modo licitè Frater Minor centum aureos recipere potest (scluso scandalo, & malitia omni seposita) non vt Genus aut species monetæ sunt, sed ùt ex isto auro calix conficiatur, aut calices deaurentur, vt notat Hugo, quod tamen ob abusus, periculum, vel scandalum esset cauendum, & non recipiendum aurum, nisi fractum, aut fusum.]

1. Comm. Particulæ singulæ, quas in denario formaliter accepto requirit Author *Vmbræ*, in ly *Moneta* includi; puto esse manifestum, quippe quæ quocumque in loco, ex quacumque materia cudatur, absque publica lege, vel authoritate; atque sine particulari nota cudi non valeat, pro pretio rerum venalium, siue ad commodius negotiorum exercitium. Sed ideo puto, totum hunc additum fuisse discursum, vt punctum ex Pelando non citatum de mente sua explicaret, quod videlicet, Denarios naturaliter tantum, ideſt pro metallo, materialiter, siue naturaliter tangere, vel contrectare, ex isto quarto Regulæ præcepto non sit prohibitum, nec sit peccatum, secluso scandalo vel periculo: non dissentiunt

tiunt ab *Vmbra* Corduba *quæst.* 4. *Sanctor.* ad *cap.* 4. *dub.* 3. *Respon.* 3. *Marchant.* ad *cap.* 4. *Monza ibid. immo*, *&* P. *Siguenza ibid. cap.* 4. §. 7. qui etiam Hugonem, Pisanum, Quatuor Magistros aliosque eadem citat pro opinione: Nec tamen sub Silentio præterire possum, quòd Zelantissimus, æque ac Doctissimus P. Antonius de Patti, vnus olim de quatuor Visitatoribus Apostolicis ad ampliandam Reformationem à Clemente VIII. Papa constitutis; super idem *cap.* 4. *Regulæ in suæ exposit. cap.* 3. contrarium docuit ex illis verbis Decretalium Nicol. III. *Exijt* §. *ad maiorem autem* & Clem. V. verb. *verum etiam* (ex duabus enim hisce decretalibus vniuersa hæc concertatio dependet) vbi postquam vterque Pontifex omnimodam fratrum Minorum à Denario, & à pecunia abdicationem explicassent, addit vterque hanc expressionem, *Verum*, *&* *à qualibet contrectatione ipsius*. In ordine ad quod, saltem ob periculum affectionis, vel scandali graui pœna mulctantur per Generalia Ordinis statuta, ac per Reformatorum constitutiones, qui pecuniam in cella tenere, vel in via deferre

fue-

fuerit conuictus; nec excusatur, dicendo, hoc tantùm materialiter egisse, in gratiam Benefactorum, vel ad faciendam restitutionem, & huiusmodi.

2. Pag. 7. Verb. *Quantum ad nomen pecuniæ* &c. refert verba Pelandi, dicentis, nomine pecuniæ intelligi omne illud, quod recipitur vt vendatur: quo pacto etiam libri, & Calices, si reciperentur vt vendantur, essent *Pecunia* quod ex Authoritate Quatuor Magistrorum, & ex antiqua constitutione per ipsos allegata probauerat; & dixerat, eam constitutionem factam esse tempore S. Francisci in primitiua Religione, quoniam à quatuor Magistris ante annum 1242. dicebatur antiqua. Ita Pelando ℞.

[Vmb. Verum quidem esse, quòd 4. Magistri allegant præfatam ordinis constitutionem antiquam, non tamen eam approbant, sed potiùs reprobant, vt patebit in prob. 6. Concl. 1. in fine. Vnde negatur fuisse tàm antiquam, quod vigeurit tempore S. P. Francisci, vel si viguit, negatur, eam esse de mente S. Patris; aliàs non reprobaretur à 4. Magistris.]

(3. Comm.) Falsum est, antiquam illam Constitutionem Ordinis, quod pecunia sit omne

mne illud, quod recipitur, vt vendatur,
quatuor Magiſtris reprobari; & ideo falſa
ſt illa conſequentia, quam Rozycius conie-
turaliter inde deducit: Quia tamen hoc de-
ionſtrandũ reſeruat infra in prob. 6. Concl.
. nos etiam ibi ex integro reſpondebimus:
iterim tamen, nè nihil dixiſſe videamur;
ic ex ipſo Magiſtrorum textu ſufficiat eo-
ım mentem indicare: Ergo grauiſſimam
anc quæſtionem tractaturi ex profeſſo, ſic
icipiunt in quæſt. 4. *Hæc eſt Quæſtio neceſ-
ıria, quid dicatur pecunia? Nam conſtat,
uòd pecunia dicit aliud, quàm Denarius.*
4. Magiſtri q. 4. in firm. trium ord.) Ecce
ındamentum, quod pro ſubſequenti tra-
atu apponitur à quatuor Magiſtris, vt vi-
elicet omninò pro conſtanti ſupponatur,
iud à Denario importari per pecuniam,
on verò quòd *Denarius, & Pecunia* prò
odem accipiantur: Sic à pleno etiam Gene-
ıli totius ordinis Capitulo citãtur quatuor
Iagiſtri. *Sciendũ eſt quòd ſecundùm Expoſito-
s, & maximè quatuor Magiſtros, qui nõ gloſsã,
t aiunt, ſed purũ intellectũ Regulæ ex ipſa li-
ra extraxerũt; Pecunia eſt, quicquid recipitur
t vendatur* [Orb. Seraph. tom. 3. fol. 310.]

Expo-

Expositio SS. Patrum, &c. Ibid. pag. 8. in fine, & 9. recitat Vmbra doctrinam Pelandi ex Patrum Expositione, ex Decretali *Exijt*; & ex Capitulo Generali Palleusiello docentis, Nomine pecuniæ intelligi quamlibet rem, quæ recipitur, vt vendatur; cui respondet Rozycius.

[Vmb.] *Respondetur*. Expositionem SS. Patrum quod attinet. Quòd, sicut Corduba q. 6. introductoria discurrens dicit, de Doctoribus aliquibus, seù Expositoribus Regulæ, aut de eorum dictis non est curandum, quando contra aliqua contenta in Declarationibus Nicol. III. & Clem. V. loquuntur, quæ habent primum locum; quia Scripserunt ante prædictas Declarationes, vt S. Bonau. Hugo. Quatuor Magistri; & alij, licet scripserint post prædictas Declarationes, fortè ex inaduertentia sequendo priores Expositores aliter loquuti sunt contra prædictas Declarationes: Ita in proposito, quia hæc sententia contenta in Expositione Sanctorum Patrum de Pecunia (fortè sequens citatam Constitutionem antiquam), non videtur loqui conformiter ad Declarationes Nicol. III. & Clem. V. vt ex infra dicendis patebit; ideò non cogit, vt eam sequamur. Et quamuis pro confirmatione sua alleget *Decretalem* Nicol. III. dicentis: *Nec eo animo vt distrahant, siue vendant, recipiant &c.*

&c. hoc non conuincit: quia in præfato textu id non prohibetur ex ea ratione, quod hoc sit pecunia, sed tanquam proprium,& superfluum; Nam statim subiungit Pontifex *quinimo in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio,& in vsu necessitas*: & patet ex titulo articuli, qui est; *Cui competat dominium rerum fratribus concessarum*.]

4. Comm. Vltro admitto cum Rozycio, etiam ex clariore doctrina Cordubæ, non esse curandum de opinionibus Doctorum, seu Expositorum Regulæ, si contra præcitatas Decretales *Exijt*, *&* *Exiui*; in corpore iuris clausas, in Viennensi Concilio Generali approbatas, & semper in Capitulis Generalibus ab Obseruantibus maximè strictioris obseruantiæ professoribus receptas, etiam ex obligatione ab Apostolica Sede in ipsa Reformationis institutione apposita, quoquo modo sentire videantur: sed hinc argumentum contra ipsum Rozycium retorqueo sic. Decretales illæ Denarium à pecunia distinguunt, ergo non sunt audiendi Marchantius, & Rozycius aliter sentientes; subsumptum probabitur infrà, vbi hæc Rozycius tractat ex professo.

Pro

Pro nunc ex ipso Decretalis *exijt* textu art. 3. sufficiat indicasse mentem Nicolai Papę in illa sua Expositione; vbi explicando Pręceptum istud Regulæ *Fratres non recipiant Denarios, vel pecuniam*; etsi expresè non assignet definitiuè, quid *Denarij*, quid *Pecunia* nomine sit intelligendum; legata tamen, & alia donata Fratribus, quæ sunt alienanda, vt eorum pretium in Fratrum necessitates conuertatur, expressissimè inter res pecuniarias, atque pecunias recenset vt infra videbimus. Quamuis autem in art. 2. vbi (quod benè notauit Rozycius) declarat ad quos spectet dominium rerum, quibus Minores vtuntur; apponat verba iam à Rozycio allegata; non tamen ibi agit de Denario, vel Pecunia; sed de vtensilibus Fratrum; vt nempe in eis elucescat abdicatio omnis dominij, & necessitas in vsu; vnde non benè illo à loco suum probauit argumentum Rozycius; sed de Denario, atque pecunia in art. 3. declaratur. Nec tamen ideo errasse Pelandus dicetur, dum ex eodem art. 2. dicit inter pecunias de mente Papæ numerari, quæ recipiuntur; quia hoc in art. 3. postea declaratur à Ponti-

tifice. Doctrina itaque Pelandi, non modo à Siguenza, à Patti, & alijs omnibus (exceptis Marchantio atque Rozycio) de strictiori Obseruantia, sed & à Corduba, & alijs communiter Regularis Obseruantiæ professoribus contra Rozycium confirmatur; qui omnes affirmant, per *Denarium* intelligi monetam authoritate publica taxatam; per pecuniam verò, quidquid recipitur, vt vendatur, aut æstimato pretio in aliud commutetur; vnde Pecunia etiam denarium comprehendit, non è contra. Quinimo, non modo Reformatorum Constitutiones, sed & statuta Generalia Ordinis Regulari Obseruantię communia (quod absq; Rozycij rubore legi non potest) præcitatis Decretalibus *Exijt*, & *Exiui* (Stat. Ord. c. 4. §.1.) inhærendo, declarant, in hoc 4. capitulo Regulæ prohiberi denarios, & ea, que pretio æstimantur, vel quorum vsum Fratribus habere non licet.

[Vmbr.] *Eodem modo respondetur* ad declarationem Capituli Palleusielli, quod scilicet contra eam stent declarationes Pontificiæ prædictæ Nicol. III. & Clem. V. quæ, vt ipsemet Pelandus dicit, *maiori venerationi habendæ sunt*. Nec

adeo infallibilem Constitutiones Generales habent Spiritus Sancti assistentiam, quo minus falli, aut immutari possint (prout prætendit P. Pelandus) quandoquidem toties per sequentes Constitutiones reiectæ, & abolitæ sunt, vt obseruat Sanctorus cap. 12. fol. 679. adducens Segobientia cap. 8. §. 7. dicentia: *omnia, & singula Statuta hucusque retroactis Capitulis, & Congregationibus quomodocunq; edita omnino abolentes, &c.* & antiqua Salmaticentia: in literis Cardinalis de Carpo Protectoris, in quibus dicitur: *Cæteris omnibus tanquam resecatis, & abiectis, &c.* & Corduba quæst. 6. introductoria §. 2. quoad Constitutiones Ordinis recenset Capitulum Toletanum 1532. cum Capitulo Generali Parmensi, tabulas Vicar. Generalis 6. 16. 18. 19. in quibus antiquis, ac non necessarijs abolitis tunc statuta, obseruari mandantur. Et sic concludit Corduba, standum esse statutis, quæ pro tempore viguerint, quoad vsũ scilicet, & consuetudinem, quæ firmat leges, quæ moribus vtentium approbauit. Cap. *Erit autem lex* dist. 4. Proinde licèt statuta antiqua res ad vendendum, commutandum, distrahendum &c. receptas propria authoritate vocitent receptionem Pecuniæ in Capitulo Generali Palleusiello; quia tamen moderna statuta ab Vrbano VIII. confirmata reducunt id ad proprietatem, vt postea patebit, his potiùs standum est. Ex quibus patet, quàm inaniter inuehitur P. Pelandus contra P. Mar-

chant.

chant.; quòd à Decisione illius Capituli Generalis, & sententia communi antiquà recedat, conformando se potiùs posterioris Capituli decisioni, & Declarationis Nicol. III. & Clem. V. in sua sententia]

5. Comm. Rozycij dicta contra Rozycium iteratè retorqueo; *Reiectis statutis antiquis* standum est statutis nouis ab Apostolica Sede confirmatis; sed statuta Generalia nouissima confirmata, & per decretum Capituli Generalis Toletani anno 1658. compilata; authoritate Apostolica sub die 18. Augusti 1662. impressa, & publicata, ad quorum obseruantiam hucusque totum Corpus Obseruantiæ, obligatur; distinguunt expresse inter denarium, & pecuniam, vt hic superius immediatè illa retulimus; ergo contra Rozycium, non licet ipsi Rozycio, vel alijs opinionem à statutis Ordinis discrepantem tenere, vel publicare, dicendo pecuniam à Denario in Regula Minoritica non distingui.

6. Quæ autem sint illa statuta ab Vrb. VIII. confirmata, quæ res ad vendendum, vel distrahendum authoritate propria receptas ad proprietatem reducant (exclu-

ſa violatione præcepti de pecunia, ſic enim intelligi debent, ſi pro Rozycio valere debet argumentum) omninò non video: vel enim intelligit Rozycius de ſtatutis modernis, quæ licèt Vrbani tempore nundum extarent in hac forma, tamen ex Valliſoletanis ſunt deducta, quæ tunc vigebant; & hæc ſunt literaliter contra Rozycium, vt vidimus: vel loquitur de Valliſoletanis anno 1593. editis, quo tempore Vrbani VIII. (*Orb. Seraph. tom.3. fol.* 443.) vigebant; & hæc etiam in cap. 4. Regulæ contra Rozycium, hæc habent formalia verba: *Cum Denarium, & earum rerum omnium, quæ pretio æstimantur &c. receptio hìc prohibetur expreſsè &c.* fortè dicet Rozycius, quod intelligit de ſtatutis Reformatorum ab Vrbano VIII. confirmatis; in quibus c.4. nu.10. declaratur reus proprietatis, qui aliquid emendicat in alias res, etiam neceſſarias commutandum; quod ſonat expreſsè Rozycij textus: Sed pace ſua non debebat ipſe textum allegare truncatum; ſubſequitur enim ibidem immediatè, *quia hoc eſt emendicare Pecuniam: Per eſſer queſto cercare Pecunia.* Quid clariùs eiſe poteſt pro denarij diſtin-

listinctione à pecunia? Quomodò induce-
re potuit in mentem Rozycius, Reformatos
ad puriorem Regulæ obseruantiam prè Re-
gulari obseruantia specialiter alligatos,
doctrinas laxiores præ Obseruantibus in
hoc omnium ad paupertatem attinentium
præceptorum maximò acceptare? fingit er-
go ille truncato ex statuti textu, se per illud
verbum, *si dichiara proprietario*, Reus est
proprietatis, se intellexisse per hoc statu-
tum reduci recursum ad pecuniam, seù re-
rum pretio æstimabilium ad sextum, non
ad quartum Regulæ præceptum: at quin
considerare noluit, nullam in quibuscum-
que Ordinis statutis assignari propriam pæ-
nam contra receptatores denarij, vel pecu-
niæ, sed pæna puniri proprietarijs imposita.
Duo ergo notantur in hoc statuto; primum
est, quod vltimo ponitur; nempè mendica-
tionem rerum pretio æstimabilium esse
mendicationem pecuniæ. Alterum in initio
illius textus; talis mendicatio puniatur pæ-
na Proprietariorum. Hæc integrè hìc de-
clarare volui, quia eandem voluntariam
æquiuocationem sæpè in subsequentibus
repetit Rozycius; hac ipsa ex declaratione

dilucidandã, quæ si nullo negotio voluisset aduertere Rozycius, me hercle non dixisset, hac ex sua voluntaria interpretatione, receptionem rerum pretio æstimabilium non esse pecuniæ receptionem, nec ideò contra quartum, sed contra sextum Regulæ Capitulum peccare.

[Vmb.] Quàm efficacius cauillare volens P. Pelandus nonnullos illius in hac materia de pecunia Conclusiones adducit, & earum probationes resoluere nititur, per quod suum intentum an assequatur, vt clariùs appareat, sit P. Marchant.

Conclusio prima. *Nomine pecuniæ in Regula Fratrum Minorum non potest intelligi res omnis, quæ recipitur eo animo, vt vendatur aut distrahatur; siue vt in aliam commutetur*; Ita Marchant. Crousers.]

(7. Comm.) Non cauillare voluit P. Pelandus, sed genuinũ Regulæ, atque paupertatis Franciscanæ sensum cum omnibus strictiorem Obseruantiam profitentibus defendere, & vnicum P. Marchantium viam laxiorem aperire volentem conuincere. Non tamen ad Pelandi dicta me obligo, quia non in eius gratiam hos commentarios ex scri-

ſcribendos aſſumpſi, ſed ex obedientia in gratiam veritatis,ad dilucidandam *Vmbram* à Rozycio contra S. Franciſci per ſæpè repetitum præceptum appoſitam, & ad tuendam puriorem, quam Reformati de ſtrictiori Obſeruantia profitentur, Regulæ intelligentiam.

8. Citat ergo ille Marchantium, quem vnicum à Reformatis omnibus, immò & ab Obſeruantibus in genuina pecuniæ intelligentia diſcordantem defendendum ſuſcepit; citat & Crouſers, qui tamen non de Reformatis, ſed de Capucinis eſt, qui ad apices rigoris in Decretalibus *Exijt & Exiui* declaratos ex inſtitutione ſua non obligantur. At Vniuerſam Obſeruantium, atque Reformatorum Expoſitorum Claſſem citare non poteſt.

(Vmb.) Et non improbabile putat Sanctorus.

(9. Comm.) Quod autem hoc non improbabile putet Sanctorus; truncatus affertur textus Sanctorij; non enim dicit ſimpliciter; quod non ſit improbabilis opinio, denarium,& pecuniam ferè pro eodem intelli-

gens; ſed dicit, quòd non ſit *omninò improbabilis*. (*Sanct. Comm. in Conſtit. Ord. c.4.5. Tom.2.* Quæ particula longè diminutiua multum ponderis habet; quomodo ergo Expoſitor Reformatus ad arctiorem Regulæ obſeruationem ſimpliciter obligatus, reiecta communiſſima, ipſo à Religionis exordio, atque tutiſſima opinione, immò per Ordinis Conſtitutiones ſub obligatione inducta, nouam & inauditam, & in Religione vniuerſaliſſimè reiectam amplecti; immò & contra Conſtitutiones Ordinis mordicus defendere conetur, vnico illo fundamento, quod ab vno Scriptore dicatur non quidem non improbabilis, ſed non omninò improbabilis?

[Vmb.] Probatur ſimplex intentio Regulæ, & S. P. Franciſci fuit, quòd verba Regulæ ſimpliciter intelligantur eo modo, quo communi loquentium ſermone vſurpantur: Atqui nomen pecuniæ communi loquentium ſermone non ſumitur pro eo quod recipitur, vt vendatur, vel deſtrahatur, &c. Ergo nec in Regula ſic accipi debet. Minor patet, quia quod eſt medium ad finem aliquem non eſt neceſſariò eiuſdem rationis cum fine, alioquin oporteret dicere; Merces Mercatorum, quas comparant, vt eas diuendant

rei-

reipsa esse pecunias: immò quidquid venale est esset pecunia; quod à nomine dictum fuit, nisi fortè analogicè valdè diceretur, quatenus per eas pecunia acquiri potest: Maior prob. ex testamento S. Patris vbi dicit, quod verba Regulæ intelligantur, & obseruentur *simpliciter*, & sine glossa, ergo sic debent intelligi.]

10. Comm. Concedo, ex intentione, atque Testamento S. Francisci, Verba Regulæ intelligenda esse simpliciter, & sine glossa; sed vnde constat Rozycio, quòd Denarius, & Pecunia toties per S. Franciscum disiunctim repetita, & ab inuicem per ipsum Legislatorem distincta, sint Synonima idem importantia? Vt quid vbicumque denariorum occurrit mentio, pecunias indispensabiliter superaddit per nugationem vitiosam, si idem important? Certè hoc non est, eius verba intelligere simpliciter, sed per interpretationem: ter S. Franciscus Denarios suis Fratribus interdixit, & semper pecuniam adiecit, primò in initio cap. 4. *nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant*. Secundò ibidem post pauculas lineas; *eo semper saluo (vt dictum est) denarios, vel pecuniam non recipiant*; si sunt Synonima, cur

statim

ſtatim eadem verba repetit cum graui reflexione? Tertiò in cap. 5. *de mercede laboris corporis neceſſaria recipiant præter denarios, vel pecuniam*: Quomodo ergo Rozycius Sanctum Legislatorem in tribus clauſulis ferè ſimul vnitis nugatorium facit, vt eius Regulam poſſit ad mentem propriam ſimpliciter intelligere? ſimpliciter ergo intelligantur verba Regulæ ſi ad mentem Legislatoris iuxta communem modum loquendi intelligas; vt Rozycio concedo: at quid pecuniæ nomine veniat ſecundùm communem modum loquendi, & intelligendi, Habemus à Calepini communiſſimo vocabulario, qui verbo *pecunia*, dicit, *Pecuniæ nomine veniunt non modò nummi, ſeù numerata pecunia, ſed & omnes res tàm ſolidæ, quàm mobiles, & corpora, & iura*: Hiſpanicè itidem, addit Calepinus, *el dinero, ò generalmente todo lo que vale dinero*. Gallicè quoque *Argent ouce, qui vaut argent*: & hoc confirmat non modò ex vſu communi plebis Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, ſed & à iuribus citans Hermogenianum l. pecuniæ ff. de verb. ſignif. & l. 2. Cod. de Conſtituta pecunia; *Vt igitur &c. neminem moueat*,

quod

quod sub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definimus; possibile est, omnes res in pecuniam conuerti. l. 4. ff. de Verb. signif. pecuniæ nomine rem significari Proculus ait, & l. prima §. Pecunia autem ff. de Calumniatoribus; ibi *pecuniam autem accepisse dicetur etiamsi aliquid pro pecunia acceperit. Rebuffus in tit. de verb. signif. in Comm. dictæ l. 4. de verb. signif. §. primum vt pecunia*: sic etiam totus ordo à sui fundatione communissimè intellexit, vt patet per Constitutionem antiquam citatam à Quatuor Magistris, qui anno 1242. suam Expositionem scripserunt; quam frustrà Rozycius iam superiùs infringere tentauit; sic ipsi Quatuor Magistri dicunt in cap. 4. Regulæ, quòd constans esse debet, denarios à pecunia distingui: sic Capitulum generale Palleusiellum anno 1470. declarauit. Sic præ cæteris clariùs Iulius II. in statutis pro Conuentualibus editis (à fortiori Reformatos docere debet,) cap. 7. dicit expresè; Nullus Prælatus, vel Fratrum libros, Blada iocalia, vel alia quæcumque mobilia, vel immobilia recipiat &c. intentione vendendi, vel aliquid emendi &c. *quia talia facere, vel tali nomine recipere, sit*

pecu-

pecuniam recipere, & habere; Sic etiam pecuniam in Regula interdictam intellexerunt communissimè ab antiquo vsque nunc S. Bonauent. 4. Magistri, Hugo, Pisanus, quos citat, & sequitur Corduba; Miranda cap. 67. Rouserius quæst.1. in cap.4. Regulæ Serena Conscien. quæst.4. & 6. Siguentia ibid. cap.4. text.1. §. 3. Antonius Patti, par.2. tract.1. cap.1.num.2. & par. 1. cap.4. §. 1. & 2. Monza cap.4. fol. 263. sic statuta generalia Ordinis Salmaticensia de anno 1553. (quæ textum 4. Magistrorum literaliter adducunt; Vallisolet. 1593. à Sanctorio commentata, Tambucana de mandato Capituli generalis Toletani 1658. compilata. Constitutiones Reformatorum anno 1642. ab Vrbano VIII. confirmatæ; Itaút generaliter ab Ordinis initio, tùm Capitula generalia, tùm Regulæ Expositores omnes ante relaxationem Ordinis, atque de Obseruantia Regulari, & Strictiori, (vno excepto Marchantio quem defendendum suscepit Rozycius) denarium à pecunia (prout in Regula prohibentur) essentialiter distinguunt; & pecuniam dicunt esse, quidquid recipitur, non animo vtendi, sed quoquo-
modo

modo distrahendi, pretio, vel tàcitè, vel expressè æstimato, vt faciunt omnes, qui emunt, vendunt, vel commutant. Videat Rozycius, si vnicus Marchant contra totius Religionis communissimam intelligentiam singularis faciat opinionem probabilem; & quis sit communis modus loquendi, iuxta quem sit intelligenda Regula S. Francisci.

11. Si verò de Sācti eiusdem intentione, quam hìc tangit Rozycius, inquiramus; lōgè faciliùs, ac euidentiùs irrefragabili fundamento dilucidatur. Supponitur etenim, nemine non confitente, pauperū Patriarchā in eo totum fuisse, vt summos Euangelicæ Paupertatis apices in sua Religione firmaret; quæ propterea ex hoc titulo à cæteris Religionibus condistinguitur: sicut ergo in possessione voluit, Minoritas ab omnimodo rerum terrenarum dominio esse semotos; ita & in vsu fierent ab omni negotiationis, aut interesse terreni occupatione alieni, solo rerum necessariarum vsu contenti; sed prohibito sub nomine denariorum, & pecuniæ, solius numeratæ pecuniæ vsu, & concessa rerum ex professo distrahēdarum contrectatione, remanet in Fratribus laboriosa,

riosa; æque ac periculosa negotiationis, pretijque æstimationis occupatio; ergo ista non permittitur in Regula; Quis enim potest animum inducere, vt Fratres res mendicatas, aut oblatas, vendi, vel commutari velint, nisi tacitè, vel expressè pretium earum præcognouerint? deindè quomodo sæcularibus constabit, Minoritas esse à sæcularium rerum commercio prorsus alienos; si reiecta tantùm numerata pecunia, res pecuniæ, vel pretio taxato distrahibiles admittant? Cum Sanctus Patriarcha id potissimùm zelaretur, vt certò sciret Mundus, Ordinem suum ab omni esse occupatione huiusmodi alienum? Iterum, non minus est periculi, vt Fratres ad affectionem negotij terreni declinent, si res expressa intentione vendibiles acceptent, quàm si denarios contrectent; quia pari modo comparantur, æstimantur, & ad vsus proprios conuertuntur; Quinimmò periculosiùs est in casu aliquo res distrahibiles, quàm denarium contrectare; Nonnullis enim rebus ad distrahendum receptis, V.G. eleganti, & pretioso horologio, pretiosis Imaginibus, & huiusmodi faciliùs, atque

tena-

tenaciùs adhærere poteſt animus recipientis, quàm ipſi pecuniæ, vnde ad peccatum proprietatis inducatur? Vltimò, ſi conceditur in Regula receptio rerum pretio diſtrahendarum (ſecluſo dominio,) non ne faciliùs erat denarios ſecluſo dominio recipere, quibus ad comparanda neceſſaria vterentur? Hæc omnia ex ipſis S. Patriarchę verbis apertè conuincuntur: dato enim, ſed non conceſſo, quod in primo loco; *Præcipio firmiter vt Denarios, vel pecuniam non recipiant*; eadem vt Synonima coniunxiſſet; vt quid in 2. loco de prouidendis infirmorum neceſſitatibus; & in 3. loco; de mercede laboris; tam accuratè ſemper vniformiter repetiuit; *eo ſemper ſaluo, ita tamen* vt denarios, vel pecuniam non recipiant; niſi quia pecuniæ nomine non modò monetas cuſas, ſed & omnem rem pretio diſtrahibilem ſecundùm leges, & populi conſenſum intelligi ignorabat?

[L. Vmb.] Sed certum eſt, quòd licèt S. P. Franciſcus fuerit peritiſſimus rerum agẽdarum, vt de illo ſcribit Vuadingus, & Regula ipſa ipſi fuerit dictata à Chriſto, vt idem teſtatur ad annum 1223. tamen non fuit ſtatutarius, & iuris

peri-

peritus; nec apices iuris de nomine sciebat; immo huiusmodi literaturę omninò nescius fuit, & Regulam, vt ipsemet dicit in Testamento, *dedit illi Dominus purè, & simpliciter dicere, & scribere*. Ergo verba Regulæ ipsius sunt interpretanda secúndùm communem vsum loquendi.]

12. Comm. Hæc quia, præsenti tractatui omnino conueniunt hìc per anticipationem adduco; & respondeo, vt tota hæc materia vno in loco dilucidetur. Certè primò Rozycius sibimet contradicit, dum Regulam minorum à Christo dictatã confitetur, & tamen non secundùm iuris prudentiam dicit esse conscriptam: deinde quis talem Patri Seraphico iniuriam auderet inuere, vt qui tanto pondere Regulam (immo tres) tanta serietate, congruentia, & subsistentia conscripsit, dicatur non fuisse statutarius? at si in ea scribẽda fuit à Christo edoctus, quomodo incusandus de ignorantia. vt verba eius non doctrinaliter, sed populariter sint intelligẽda, si popularis à doctrinali distinguitur? Dato tamen, quod non ad mẽtem Doctorum, sed ad vulgarem vsum interpretentur eius verba, iam in Superioribus ostendimus, quod Italicè (vt hodier-

hodierno etiam vſu comprobatur) & Gallicè à vulgo Pecunia pro quacunque re pretio determinato diſtrahibili accipiatur, ſi verò S. Franciſcum Gallicum, Italicumque idioma perfectiſſimè calluiſſe; ſcriptores omnes ex S. Bonauentura conſentiunt, quale igitur in filio Seraphici Patriarchæ ſubterfugium, eum ignorantiæ tacitè accuſare, quem approbante S. Eccleſia, *Doctum doctrice gratia* decantamus? ad hoc vt eius Regulam ſanctiſſimam impugnare liceat, illum dicere non fuiſſe ſtatutarium, neque legum apices cognouiſſe? vt eius Sanctiſſimam mentem valeat atterere, velle mentem ipſius, & verba contra explicatiſſimam vbique illius intentionem, contra rationem, contra iura, contra populorum conſenſum velle interpretari? Secundum inquit, communem modum loquendi: Aſſignet Rozycius, qualis, & vbi ſit communis iſte modus loquendi, qui omne pretio æſtimabile, qua tale, à nomine *Pecuniæ* excludat? Dic amabò, Rozyci, quæ nam intentio S. Franciſci fuit in hoc præcepto? certè negare non audebit; vt filios ſuos, & ab affectione, & ab ocupatione cuiuſcun-

 que

que negotij segregatos ostenderet esse in tali paupertate solidatos. Si autem etiam secluso dominio, solùm quo ad vsum pro subleuandis suis necessitatibus debeant, aut possint pretium rerum, quas distrahendas accipiunt, æstimare; quid interest, an hoc sit in numerata pecunia, vel in re per numeratam pecuniam distrahibili? Non inferior hic occupatio mentis, non leuius periculum, non minor sæculi admiratio, dum fratres apparent in pretio (an huius, vel illius rei, nil interest) mentem affigere.

[Vmb.] *Maior probatur* ex testamento S. Patris, vbi dicit, quòd verba Regulæ intelligantur, & obseruentur simpliciter, & sine glossa.]

(13. Comm.) Concedo totum. Atque simplicitas, quòd S. Pater toties explicitè de Denario, & Pecunia distinguit, quoties de hac materia tractat, quia hoc erat ad intentum eius omnino necessarium, Tu velis in vnum confundere, vt intentionem S. Patriarchæ ac omnimodam Fratrum à rebus sæcularibus abdicationem ab illo vnicè intentam possis atterere? Regulà dicit; *Fratres non recipiant denarios vel pecuniam*

niam. Tu addis marte tuo *Denarius*, *& pecunia non distinguuntur ab inuicem, sunt Synonima* (Ergo superfluè semper combinantur in Regula) hæc, vel ipso Rozycio Iudice non est simplex intelligentia Regulæ, sed Glossa superaddita; At verò quæ nam Glossa? non quidem ad mentem legis, sed legis huius, & præcepti destructiua, quæ Fratribus indulget, vt in accipiendis, & æstimandis rebus pretio distrahibilibus mentem teneant occupatam. Quid fortiùs contra S. Patris intentionem? etiam si verba ipsa concordare viderentur; *In legem peccat, qui verba legis amplectens contra Legislatoris nititur voluntatem*.

14. Hæc fusiùs hìc explicaui vt genuinus Regulæ sensus vno in loco pleniùs innotescat; Vmbræ textum exindè breuiori commentario pertransibo.

[Vmbr.] *Contra* Licet non obliget, potest tamen conducere ad intelligendum Regulam, vt elicitur ex expositione 4. Magistrorum cap. 5. & patet ex ipsa ratione, vt dicit Corduba fol. 80. ergo &c. Secundò (inquit) *quod S. Pater præcipiendo vt verba Regulæ intelligantur simpliciter, & sine Glossa, non præcipit, quod intelligantur*

secundùm communem loquentium sermonem, *sed prohibet Glossas extortas*, *& impuras*, *& declarationes irrationabiles*, *quæ Regulæ puritati*, *& simplicitati contrariæ sunt*, *&c.* Sed.

Contra S. Pater in præfatis suis verbis duo facit: Primò prohibet Glossas in Regula; Secundo præcipit, vt verba intelligantur simpliciter: Quantum ad primum, nulla est difficultas, quod prohibeat Glossas solùm impuras, non autem illas, quæ purum eius intellectum declarant. Sed quantum ad secundum, quæro quis sit ille sensus simplex, quem obseruari mandat in intellectu Regule? non potest esse alius, quàm ille, qui in communi modo loquendi vsurpatur; Ergo secundùm hunc intelligi debet.

Dices fortè cum P. Pelando, sensum simplicem esse illum, qui continetur in declarationibus Pontificum, & Doctorum idem cum illis sentientium. Sed contra. Vel hoc intelligitur ita, quod Declarationes Pontificum, & Doctorum præsuponant in verbis Regulæ certum sensum, & significationem eorum, cui se conformant in declaranda mente Conditoris Regulæ, vel ita quòd verba Regulæ accipiant sensum, & significationem à Declarationibus: si primum, hoc quidem verum est, vt patet ex declaratione presertim Nicol. III. art. 1. & sequentibus, qui intentionem Regulæ ex verbis ipsiusmet colligit, vt legenti patet.

Sed quæro, quis sit ille verborum sensus, cui se

Pon-

Pontifices conformant in declaranda mente Legislatoris? Non poteſt eſſe alius, niſi ille, quem communiter homines formant; dum audiunt illa verba: Nec enim eſt præſumendum Pontifices, & Doctores in exponenda Regula Fratrum Minorum receſſiſſe à forma tradita à lege, & vulnerare quantum ad hoc decretales in Corpore iuris incluſas; Ergo ſenſus, iuxta quem debent intelligi Regulæ verba, eſt ille, qui continetur in communi modo loquendi. Si ſecundum: *Contra* ad colligendam intentionem S. Patris in ſua Regula, & verborum ſenſum, dantur declarationes à Pontificibus, & Doctoribus, vt mediante ſenſu, & ſignificatione verborum tanquam mentis, & intentionis S. Patris ſignorum declarent mentem ipſius; Ergo præſupponunt in verbis ſenſum, & ſignificationem, conſequenter non dant illam verbis.]

(15. Comm.) Vltro conceſſi, quod Pontifices ſenſum præſupponant in exponendo Regulam; nec in eius expoſitione vulneraſſe Decretales in Corpore iuris incluſas; ſed quid leges tum Canonicæ, tum Ciuiles per Pecuniam intelligant, iam ſatis dictum eſt in antecedentibus, & iterum dicetur in ſubſequentibus.

(Vmbr.) Obijcies ex P. Pelando primò; S. P.

Franciſcus Regulam, & Ordinem ſubmiſit determinationi, ſubiectioni, declarationi Sanctæ Sedis, vt patet ex tract. Defenſoris contra deuiantes notab. 1. pag. 258. Ergo non habuit intentionem; nec habere potuit alligandi verba Regulæ ſuæ ad communem loquentium ſermonem.

Reſpond. Neg. Conſeq. Quid enim derogaretur per hoc, quòd P. Sanctus Regulæ ſuæ verba alligaret ad communem vſum loquendi, authoritati ſummi Pontificis, in approbanda, improbanda vel declaranda regula? Numquid hoc non obſtante, non potuiſſet ſummus Pontifex Regulam cum verbis ad communem loquendi vſum alligatis, approbare, improbare, vel declarare? Imò quod omnino neceſſarium fuerit, vt S. Pater verba Regulæ ſuæ ad communem modum loquendi alligaret; clarè oſtendo ſic. S. Pater velut Legislator per ſuam Regulam, tanquam per legem intendebat, & volebat obligare Filios ſuos ad certum viuendi modum in ipſa expreſſum; eamque vt talem ſubijciebat approbandam, vel reprobandam ac declarandam S. Sedi; Ergo debebat verba Regulæ ſuæ alligare ad certum modum loquendi, vt per illa ſignificaretur, tum fratribus, tum S. Sedi mens ipſius: quia vt notat Layman de lege lib. 1, tract. 4. cap. 18. num. 4. Mens, & voluntas Legislatoris eſt veluti ſpiritus, & anima legis; vnde omnis vis obligandi per verba tanquam per ſigna inſtru-

mentalia prouenit; sed non ad alium potiùs, quàm ad communem; quia ipsemet talis solùm fuit vsitatus: Vndè decernitur in Iure, vsum loquendi Legislatoris maximè attendendum esse pro habenda mente ipsius. *Si Seruus plurium §. Finali ff. de legè* 1. *Roman. cons.* 179. *n.* 5. *& alij* apud Moron. resp. 56. n. 6. Ergo ad talem alligauit loquendi modum verba suæ Regulæ.

(*Confirmatur*) Summi Pontifices præsertim Nicol. III. & Clem. V. declarando Regulam Minorum, & Mentem S. Patris recurrunt ad verba, explicando ipsam secundùm communem loquendi modum, vt patet legenti Declarationes eorum; Ergo signum est, quòd verba Regulæ suæ alligauerit S. Pater ad communem loquèndi modum.

Obÿcies. Secundò ex eodem: *Petrus Marchant. in quæst. præmiali q.* 2. *tit.* 2. *tractans de sensu literali Regula ponit exemplum in illis verbis. Regula & vita Fratrum Minorum hac est, Scilicet Domini nostri Iesu Christi S. Euangelium obseruare; & explicando sensum literalem horum verborum sic ait: Si gramaticaliter hæc verba intelligantur falsa sunt; non enim tenentur Fratres Minores totum Euangelium obseruare; Si tamen intelligantur litteraliter, vera sunt. Quia tenentur ad Euangelium obseruandum in ÿs, quæ in litera Regulæ Specificantur, vt Declaratio Nicol. III. apertè dicit*; Sed illa verba, *S. Euangelium Domini Nostri Iesu Christi &c.* non solum sumuntur pro toto Euangelio gramatica-

liter, sed etiam secundum loquentium sermonem; Ergo verba Regulæ non possunt intelligi secundùm communem loquentium sermonem. *Respon. Neg. Min.* Quod verba illa *scilicet Domini Nostri Euangelium obseruare*, sumpta cum vlteriori contextu, illo scilicet *viuendo in obedientia &c.* Secundùm communem loquendi sermonem, sumantur pro toto Euangelio; sumpta enim cum illa modificatione, & determinatione *viuendo in obedientia sine proprio &c.* significant obligari Fratres ad obseruantiam S. Euangelij per ipsam Regulam in ipsis tribus modificatam, vel determinatam, seu significatam; vt benè deducit Nicol. III. vide ipsius formalia verba. Vnde non debent ita mutilè sumi verba in explicatione Regulæ in communi modo loquendi, sicut sumuntur à P. Pelando hìc, sed cum respectu ad antecedentia vel subsequentia verba, quibus modificatur eorum legitimus sensus; nam verba sequentia declarant antecedentia, *Leg. qui filiabus init. & Leg. si seruus* §. *final ff. de Leg.* 1. & notant Roman. *consil.* 231. *Socin. iun. in lib. fin. ff. de rebus dub. Baldus in leg. si quando ff. & alij apud Pasqual. fol.* 428. Et iuxta hoc Pontifices in suis decretalibus explicant Regulam.

Hinc patet, quód P. Pelandus malè confundit sensum gramaticalem cum sensu in communi modo loquendi contento; cum potiùs hic sensus coincidat cum literali, qui præter significatio-

tionem verborum, vel dictionum, ampliùs connotat, seu includit intentionem dicentis.

Obijcies tertio ex eodem: Si illa maior, quòd Regulæ verba debeant intelligi secundùm communem loquentium sermonem, esset vera, sequerentur multa absurda: Sequeretur enim, quòd non liceret Guardianis recipere aliquem ad Ordinem de licentia Ministrorum, quia in cap. 2. ipsis tantùm Ministris datur facultas recipiendi ad Ordinem. Item sequeretur, quòd Fratres non possent penitus licentiare inhabiles, qui venirent, vt in Ordinem reciperentur; quia Regulæ verba clarè sonant apud omnes, quòd venientes ad Ordinem mittantur ad Ministros: Item quod Guardiani non possent recurrere ad Amicos spirituales, quia verba Regulæ communiter ab omnibus intelliguntur, quòd Ministri, & Custodes tantùm hoc faciant. Item sequeretur, quòd nullus posset promoueri ad prædicationis officium, nisi à Ministro Generali examinaretur; verba enim Regulæ secundùm communem intelligentiam significant, quod id à Ministro Generali fieri debeat. Ergo &c.

Respondetur, negando illas consequentias deductas esse absurdas, attendendo communem loquendi modum, & tenorem Regulæ, imò quod hæc mens, & intentio S. Patris fuerit ab initio Ordinis instituti, colligitur ex Declarationibus Nicol. III. & Clem. V. qui dicunt, attento statu Ordinis præterito in paucitate sui hæc potuisse,

vt verba sonant, secundùm communem modum loquendi obseruari, considerato tamen moderno in ampliato numero Fratrum statu, concedunt, illa posse aliter fieri, recedendo quo ad hoc à communi verborum sensu, & tenore Regulæ, vt notat Corduba explicando particulariter quamlibet Regulæ ordinationem citatam: vtunturque in hac parte Pontifices dispensatione non quidem relaxatiua, quæ appellatur vulnus iuris, quia ius commune lędit, sed declaratiua, quæ Epikeia dicitur, & æquitas, quam proinde P. Marchant. cap. 10. tit. 1. q. 2. loquendo de istis ampliationibus Pontificum non tam dispensationem vocat, quàm explicationem mentis Fundatoris, siue legis interpretationem, & EpiKeiam rationabilem.

Confirmatur. Eadem maior principalis probationis primæ ex Iure Canonico. Primò. Cum interpretatio verborum potest fieri ex iure, & ex communi vsu loquendi; facienda est secundùm communem vsum loquendi, omissa illa, quæ potest dari ex Iure *L. stipulatio ista* §. *hi quoque, ff. de verborum obligatione*, & colligitur ex Glossa, & ibi notat per Barthol. *& notat expressè Innocent. cap. Cum clamor, & cap. Cum causam, de Testibus.* Sed verba Regulæ Minoritanæ possunt secundùm Ius interpretari (præsertim in proposito de pecunia, vt de facto ex hoc solo fundamento, quod Iura Ciuilia distinguant inter denarios, & pecuniam, sic interpretantur illa aduersarii) & se-

ſecundùm communem modum loquendi. Ergo omiſſa interpretatione ſecundùm Ius, debent explicari ſecundùm communem vſum loquendi.

Confirmatur ſtatutum iuxta communem modum loquendi intelligi debet ſicut, & cæteræ diſpoſitionẽs etiam odiosè *l. labeo ff. de ſuppellectili legat. & l. librorum §. quod tamen Caſſius de leg. 3. & l. Cum de lanionibus §. aſinum ff. de fundo inſtrumenti, & inſtit. leg.* & præſertim in materia ſtatutorum notat Barthol. *in l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure*, & facit quod notat *in cap. ex literis de ſponſalibus*. Item in verbis diſpoſitionis ille ſenſus admittendus eſt, quem homines formant communiter, dum audiunt illa verba. Mantica de coniect. lib. 3. tit. 8. n. 4. Sed Regula Fratrum Minorum, eſt quodam ſtatutum, ac diſpoſitio, & quidem odioſa, ſicut omnes aliæ prohibitiones; Ergo debet intelligi ſecundùm communem modum loquendi, & ſecundùm hanc Iuris Regulam reſtringi, & non extendi ad illa, pro quibus non accipitur in vulgari ſignificatione.

Confirmatur ſecundò: Verba in lege poſita iuxta communem vſum loquendi accipienda ſunt, & ille verborum proprietati præferendus eſt, vt probat Gloſſa *cap. Nonnulli, verbo vltra de Reſcription. & alibi* apud Sanchez de matrimonio, lib. 6. fol. 466. Sed Regula Fratrum Minorum eſt lex quædam pro tota Religione Fratrum Minorum. Ergo verba in ea poſita iuxta communem vſum loquendi accipienda ſunt, non obſtan-

vt verba sonant, secundùm communem modum loquendi obseruari, considerato tamen moderno in ampliato numero Fratrum statu, concedunt, illa posse aliter fieri, recedendo quo ad hoc à communi verborum sensu, & tenore Regulæ, vt notat Corduba explicando particulariter quamlibet Regulæ ordinationem citatam; vtunturque in hac parte Pontifices dispensatione non quidem relaxatiua, quæ appellatur vulnus iuris, quia ius commune lędit, sed declaratiua, quæ Epikeia dicitur, & æquitas, quam proinde P. Marchant. cap. 10. tit. 1. q. 2. loquendo de istis ampliationibus Pontificum non tam dispensationem vocat, quàm explicationem mentis Fundatoris, siue legis interpretationem, & EpiKeiam rationabilem.

Confirmatur. Eadem maior principalis probationis primæ ex Iure Canonico. Primò. Cum interpretatio verborum potest fieri ex iure, & ex communi vsu loquendi; facienda est secundùm communem vsum loquendi, omissa illa, quæ potest dari ex Iure *L. stipulatio ista §. hi quoque, ff. de verborum obligatione*, & colligitur ex Glossa, & ibi notat per Barthol. *& notat expressè Innocent. cap. Cum clamor, & cap. Cum causam, de Testibus.* Sed verba Regulæ Minoritanæ possunt secundùm Ius interpretari (præsertim in proposito de pecunia, vt de facto ex hoc solo fundamento, quod Iura Ciuilia distinguant inter denarios, & pecuniam, sic interpretantur illa aduersarij) &

se-

ſecundùm communem modum loquendi. Ergo omiſſa interpretatione ſecundùm Ius, debent explicari ſecundùm communem vſum loquendi.

Confirmatur ſtatutum iuxta communem modum loquendi intelligi debet ſicut, & cæteræ diſpoſitionẽs etiam odioſè *l.labeo ff. de ſuppellectili legat.& l.librorum §. quod tamen Caſſius de leg.3.& l. Cum de lanionibus §.aſinum ff. de fundo inſtrumenti,& inſtit.leg.* & præſertim in materia ſtatutorum notat Barthol.*in l.omnes populi ff. de iuſtitia, & iure*, & facit quod notat *in cap.ex literis de ſponſalibus*. Item in verbis diſpoſitionis ille ſenſus admittendus eſt, quem homines formant communiter, dum audiunt illa verba. Mantica de coniect.lib.3. tit.8. n. 4. Sed Regula Fratrum Minorum, eſt quodam ſtatutum, ac diſpoſitio, & quidem odioſa, ſicut omnes aliæ prohibitiones; Ergo debet intelligi ſecundùm communem modum loquendi, & ſecundùm hanc Iuris Regulam reſtringi, & non extendi ad illa, pro quibus non accipitur in vulgari ſignificatione.

Confirmatur ſecundò: Verba in lege poſita iuxta communem vſum loquendi accipienda ſunt, & ille verborum proprietati præferendus eſt, vt probat Gloſſa *cap. Nonnulli, verbo vltra de Reſcription. & alibi* apud Sanchez de matrimonio, lib.6.fol.466. Sed Regula Fratrum Minorum eſt lex quædam pro tota Religione Fratrum Minorum. Ergo verba in ea poſita iuxta communem vſum loquendi accipienda ſunt, non ob-

ſtan-

ſtante quòd alia eſſet ſecundùm verborum proprietatem ſignificatio, vt volunt in propoſito de pecunia aduerſarij, præſertim Pőzanellus in ſua dilucidat. Hinc Emanuel Rodriq.qq. Reg.tom. 1.q.11,art.6. rectè docuit, ſtatuta, & ea, quæ ad Regularem monaſticamque vitam pertinet, non eſſe interpratanda ſecundùm rigorem, & apices Iuris, ſed iuxta æquitatem, ſeu terminos iuris naturalis, & gentium.

Confirmatur 3. Eadem maior: Verba prolata ab inſcio legum ſunt interprætanda ſecundùm communem vſum loquendi *l. cum autem, cap.de donat.ante nupt.* à ſtatutarijs verò, & iuriſperitis prolata debent intelligi ſecundùm conſuetudinem iuriſperitorum, *l.cum de lanionibus, §.aſinum ff.de fund.inſtru.*Roman. conſil.4.Mantica de coniect.lib.3.tit.8.n.1.Surd. conſil.313.nu. 87.Gonzales ad 8.Reg.gloſſ.11.n.63.ſed certum eſt, quòd licèt S. Pater Franciſcus fuerit peritiſſimus rerum agendarum, vt de illo ſcribit Vvadingus, & Regula ipſi fuerit dictata à Chriſto, vt idem teſtator ad annum 1223. tamen non fuit ſtatutarius, & iuris peritus; nec apices iuris de nomine ſciebat; immò huiuſmodi literaturæ omninò neſcius fuit, & Regulam, vt ipſemet dicit in teſtamento, *dedit illi Dominus purè, & ſimpliciter dicere, & ſcribere.* Ergo verba Regulæ ipſius ſunt interprætanda ſecundùm communem vſum loquendi.

Confirmatur primò. Maior principalis: Legis ex-

explicatio non poteſt eſſe melior, quàm illa, quam facit Legiſlator cap. *per Venerabil. qui Filij ſint legitimi*: Mantica deciſ. 49. n. 13. Sed S. Pater loquens de ſua Regula in teſtamento, præcipit quòd verba eius intelligantur, & obſeruentur ſimpliciter, & ſine gloſſa, ideſt ſimplici, & communi modo loquendi: Ergo ſic intelligenda ſunt.]

16. Comm. Totus eſt Rozycius in probando, quòd verba Regulæ ſint intelligenda ſecundùm communem modum intelligendi; atque ſimplicitèr, & ſine gloſſa; An verò probet, vel non probet intentum, iudicent alij; quia nos in ſuperioribus iam gratis admiſimus; & qualis ſit communis modus intelligendi, denarium, & pecuniam, docuimus ſufficienter; non enim modus iſte communis accipiendus eſt ex corrupto fortè, vel barbaro nationis alicuius idiomate, ſed qui ciuiliter in Vrbibus frequentetur. & ſecundùm quem reſpondere ſolent Primores, ſi quid per denarios, & pecunias intelligant, interrogentur: conceſſimus itidem Regulam ſimpliciter, & ſine gloſſa eſſe intelligendam, at deteſtati ſumus, quòd Rozycio liceat gloſſas acri-

ter

ter inhibenti, glossam superaddere, quæ Regulæ textui repugnet, & mentem Legislatoris euertat.

17. Pagina verò 23. ab illo ver. *quantum ad minorem &c.* totus est in probanda illa sua maiori principalis argumenti prænotati, quòd nempe *pecunia* in hoc Regulæ præcepto non accipiatur pro quacunque re æstimato pretio distrahibili, ideoque non sit quid à denario distinctum; prout hic à S.Francisco prohibetur,quod est principale, immo vnicum ipsius hac in prima parte intentum. Relata itaque contraria opinione Pelandi, sic argumentatur.

(Vmbr.) [*Quantùm* ad secundùm, de nomine pecuniæ sumpto solitariè, & combinando pecuniam cum denarijs distinctiuè; Hoc eo ipso reijcitur, quia non probatur, sed est gratis excogitatum ad eludendam difficultatem; imo oppositum deduco sic: Dictio *vel* aliquando stat declaratiuè, aliquando disiunctiuè, seu alternatiuè. Quando stat declaratiuè, tunc per illam dictum priùs declaratur per posteriùs, & tunc debet poni inter duas dictiones idem significantes, seu inter duo idem significantia; vt notat Moronus respons.7.num.23. fol. 54. v.g. *Si quis in fundatione dicat: Nullo modo eligatur in Cappel-*

lanum, nisi Sacerdos, vel Presbyter, qui celebret: nullo modo accipiet tunicam, vel vestem meam. Et ita etiam particula, vel vsurpatur à Pontificibus, vt Nicol. III. art. 6. Si verò contingat, res huiusmodi æstimato pretio vendi &c: ordinamus, & volumus, quòd talis *pecunia, vel pretium* recipiatur, & expendatur in rem licitam. Vbi pecuniam, vel pretium sumit Pontifex pro eodem. In statutis quoque nostris cap. 4. dicitur: *Omnis Conuentus habeat Procuratorem, vel Syndicum Apostolicum*, vbi Syndicus, & Procurator sunt idem, non obstante particula *vel*: quando autem stat alternatiuè, seù distinctiuè, tunc ponitur quidem inter diuersa, sed vt verificetur dispositio, quæ sub ea concipitur, satis est vnum fieri, quamuis alterum non fiat, v.g. Si quis dicat, accipies pro mercede laboris bouem, vel pecuniam, satisfit dispositioni, si vnum accipiat, quamuis non aliud *cap. inter cæteras de rescriptis*: vbi Panormitan. n. 4. & Dacian. n. 12. & alij Doctores tradunt communiter, quos citat Barbosa lib. 2. Decret. de rescript. fol. 32 Et constat etiã ex Reg cap. 3. *non debent equitare, nisi necessitate, vel infirmitate cogantur*: ad cuius dispositionis impletionem sufficit adesse vnam ex his caussis, quamuis non adsit altera; vt docent Expositores. Item ex Declar. Nicol. III. qui art. 4. §. si vero dicit: *Liceat Fratribus &c. (si ad primum dantem non possint, vel nolint habere recursum) cum ipsa Persona facere, sicut supra declarauimus, posse*

fa-

facere cum prima. Vbi ſufficit, alterutrum *non poſſe* ſcilicèt, vel *nolle*, & §. 5. per quorumcumq; manus pecunia, ſeu eleemoſyna ipſa tractetur, ſiue per perſonas ab eo, vel à Fratribus nominatas &c. Item Clem. V. cap. 4. *attendant Fratres præfati, quòd pro nullis alijs cauſis, quàm pro dictis, vel ſimilibus in via, vel alibi liceat recurrere eis &c.*]

18. Comm. Concedo vltro, textum hunc Regulæ; *nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant*; eſſe propoſitionem diſiunctiuam, ſed quia ſecundùm Logicales Regulas, omnis propoſitio hypotetica per duas Categoricas eſt explicanda; verum eſt, quod ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit, alteram partem eſſe veram; ſed non ideò docetur alicubi, neceſsè eſſe, vt altera pars ſit falſa; nè ergo inducamur in errorem; aduertendum eſt, aliter explicari diſiunctiuam in affirmatiuis, aliter in negatiuis: v. gr. illa eſt de affirmatiuis; *Niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur*; quæ ſic explicatur Fratres cogi poſſunt ad equitandum ex manifeſta neceſſitate, vel cogi poſſunt ex infirmitate; & ex vi diſiunctiuæ ſufficit, vt ab alterutra tantùm, etiam

al-

altera non concurrrente, cogantur. In negatiuis autem ſic explicatur: *Non maledices Patri, vel Matri*. Non maledices Patri, vel non maledices Matri; vnde non licet ex vi diſiunctiuæ maledicere alterutri, altero ſecluſo; ſed vis diſiunctiuæ huius hoc operatur, vt in quacunque ſui parte violetur, violata ſit ipſa prohibitio: Sic reus erit, qui vel ſoli Patri, vel ſoli Matri, vel vtrique maledixerit. Sequitur ergo textus Rozycij.

(Vmbr.) [Quæro modo ex P. Pellando, in dicto Regulæ præcepto particula *vel* quomodo ſtat? Cum dicitur, nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant? non poteſt dicere, quod alternatiuè, ſeu diſiunctiuè, aliàs ad implendum in hoc loco Regulæ præceptum, ſufficeret, vt quis non accipiat pecuniam, licèt accipiat denarios: vel è contra; quia vt dixi, ad veritatem alternatiuæ, ſeu diſiunctiuæ negantis, vt verificetur diſpoſitio illam habens, ſufficit, non fieri vnum, quamuis alterum factum ſit, vt ibidem probat Barboſa cum alijs *in l. Si quis ita nu. 192. in fine, ff. de verb. oblig. & in l. Si is, qui* §. 1. *verſu vtrum, ff. de rebus dubijs*. Ergo debet dicere, quod ſtet declaratiuè; Conſequenter in hoc præcepto hæc duo ſunt Synonima, atque idem ſignificantia, denarij videlicet & pecunia.]

19. Comm. Respondetur ly *Denarios*, vel *Pecuniam*. Hic accipi disiunctiuè; Sed illatio contra hoc facta per Rozycium est falsissima, *Ergo ad implendum hoc praeceptum sufficiet, vt non recipiamus pecunias, & si recipiantur denarij vel è contra*. Falsitatem huius illationis constat ex ignorantia procedere regulæ logicalis pro disiunctiua propositione; quod si debet inferri: *Ergo ad violationem huius praecepti sufficit alterutra pars*, vt nempe vel soli denarij, absque pecunia, vel sola pecunia recipiatur absq; Denarijs, vel (& peius) vtrumque simul: vt patet ex doctrina in §.antecedenti exposita, cuius exempla etiam in sacris literis obuia passim occurrunt. *Qui maledixerit Patri suo, vel Matri; morte moriatur*. (Exod. 21.) & in Deuteronomio: *Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem masculi, vel fœminæ: similitudinem iumentorum, vel auium, siue piscium*. Vmbra tota Rozyciana non poterit hæc præcepta Dei obfuscare contra communem Sanctorum Patrum expositionem, & antiquam Hebræorum praxim; vt videlicet intellecta disiunctiuè violentur per vnius tantùm partis in-

fra-

fractionem, vt reus sit, qui soli Patri, non vero matri, vel è contra maledixerit; qui solius masculi, non verò fœminæ, vel è contra sculptam sibi fecerit similitudinem. Ab ipsa Minorum Regula non recedamus: in cap. 11. sic cauetur: *Nec fiant Compatres virorum, vel Mulierum, nec hac occasione, inter Fratres, vel de Fratribus scandalum oriatur*. Virorum, vel Mulierum; inter fratres, vel de fratribus intelligi declaratiuè vt sint synonima, omnino non posse, cæcis etiam est manifestum, quia sensum disparatissimum important: Cum ergo nemine contradicente, disiunctiuè sint intelligenda, licebit fratribus, vt fiant Compatres mulierum, dummodo non fiant virorum ex doctrina Rozyciana. Sufficiet ad obseruantiam præcepti, vt non oriatur scandalum inter fratres, etiamsi oriatur de fratribus. Quis audeat ista vel somniando mente reuoluere? certè pudet in re tam lucida Vmbram prosequi.

(Vmbr.) [Hinc Siguenza cap.4. textu 2. §.9. de recursu ad Amicos spirituales postquam dixit, necessitati licet subuenire mediante moneta, vel pecunia, subdit; *quæ in isto loco pro eodem sumuntur*.]

20. Comm. Concedo Patrem Siguenzam ita notasse, non tamen in sensu ab Vmbra prætenso, vt generaliter Denarius, & Pecunia sint synonima; sed notanter explicauit (in questo luogo) ideſt hoc in tractatu, hac in materia de recursu pro necessitatibus infirmorum &c. Ita vt sit sensus; Cum ex Regula, & Pontificijs declarationibus liceat pro huiusmodi necessitatibus, ad subleuatores recurrere, ex causis, modis, atque cautelis per Clem.V.assignatis, quidnam erit aut procurandum, aut acceptandum, denarius nè, an pecunia? Respondet Siguenza; hoc in loco, hac in materia, perindè est de vtroque; vnde hìc multo magis contra Rozycium confirmatur opinio Siguenzæ, qui cum loco præcitato dixisset, ab inuicem distingui denarium, & pecuniam; iam non sibi est contrarius, dicendo, *accipi pro eodem*, sed supposita, quam priùs assignauerat, vtriusque differentia, nunc signanter in proposito, aduertit in facto recursus, posse ad vtrumque indifferenter recurri. Hoc idem clariùs explicauit Corduba (Cord.c.4.Reg.q.7.) quæ videre poterat, si voluisset Rozycius; dicens, pecu-

niæ

niæ nomine in recurſu per Pontifices declarato, etiam venire denarios; quod explicandum fuerat, ad abigendos ſcrupulos; quia Nicolaus III. & Clem.V. Pecuniæ nomine ſæpiùs vtuntur, quia eſt veluti genus ad pecuniam numeratam, & non numeratam; omnis enim denarius eſt pecunia; ſed non è contra.

(Vmb.) [*Confirmatur*: S. Pater ſicut in hoc loco dat ad paupertatis puritatem ſpectans præceptum, *Præcipio firmiter Fratribus, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant*; ita cap. 11. pro puritate caſtitatis, ſub ijſdem terminis dat præceptum de vitandis mulierum conſortijs vel conſilijs; *Præcipio firmiter, ne habeant ſuſpecta conſortia vel conſilia mulierum* ponens *ly vel* declaratiuè inter duas dictiones, fermè idem ſignificantes, conſortium ſcilicet & conſilium, niſi quòd vna latiùs pateat quàm altera, nam omne conſilium eſt conſortium, licèt non omne conſortium ſit conſilium. Vndè Hieron. à Politio in cap. 11. Regulæ ſcribens dicit, in eo tria nobis prohiberi, ſuſpecta mulierum conſortia, ingreſſum ad Moniales, & Compaternitates, ſupponens quòd idem ſit non habere ſuſpecta conſortia, vel conſilia. Ergo etiam in hoc præcepto de denarijs, vel pecunia ſic dici debet.]

21. Comm. Dic Amabò, Rozyci; quare cum illa disiunctiua ex cap. 11. *consortia, vel consilia* non appofuisti ex eodem cap. 11. alias duas disiunctiuas à me supra relatas; *Nefiant compatres virorum, vel mulierum*; & aliam; *ne inter fratres, vel de Fratribus scandalum oriatur*? quia nempè in vltimis solutio inueniri, vel fingi non potuit ad intentum; qualis ex quadam supposita suppositione Politij videbatur occurrere; vt nempè *consortia, vel consilia* in illa disiunctiua sumantur pro eodem; vt supponere (inquis) videtur Politius: vt autem & in hoc elucescat veritas, aduerto 1. Politium hoc nullibi dixisse; quòd autem hoc supposuerit; gratis, & absque vllo fundamento illi adscribitur; legerat enim Politius, vt ex eius opere constat, S. Bonauenturam; qui vt aduerto secundò ex Modoætia super c. 11. Reg. (fol. 799.) docet expressè per suspecta mulierum consortia prohiberi conuersationem illam, quæ possit grauem carnis tentationem, aut periculum, aut scandalum generare: per consilia verò mulierum prohiberi, colloquia ad carnis spurcitias collimantia, vel è quibus possit de tali

fine

fine ſuſpicio, vel ſcandalum apud alios oriri. Peccat ergo contra huiuſmodi præceptum, qui ſuſpecta mulierum habent colloquia ſine conſortio, vel è contra; ex quo præmiſſa iam à nobis doctrina confirmatur; & Vmbræ deductio Vmbratilis eſſe conuincitur.

(22) Addit exinde nouam ſibi obiectionem Rozycius ex eodem cap.4.Regulæ; illa ex disiunctiua; *Per ſe, vel per interpoſitam perſonam* quam tamen reſpondet eſſe vt alias, nullius momenti; quia etiam *per ſe, vel per interpoſitam perſonam*, ſunt ſynonima, & pro eodem à Legislatore ſolùm declaratiuè ponuntur. Sic ait:

(Vmbr.) [*Reſp.neg.anteced.* Sed ponitur declaratiuè, quia non ponitur inter diuerſa formaliter; ita quod aliud prohibeatur ſub illa particula *per ſe*, & aliud ſub illa *per interpoſitam perſonam*; nam vtrobique prohibetur denarios, vel pecuniam authoritate Fratrum recipere, & expendere; hæc enim formaliter ſonat recipere, vt notat Sanctorius fol. 558. & includit ſecundùm Hugonem, proprietatem, & vſum. Poſſumus autem authoritatem noſtram exercere, tam per nos ipſos, quàm per alios; ita vt quòd ab alijs noſtro nomine, & auctoritate fit, à nobis fieri

censeatur: iuxta illud: *Qui per alium facit, per se facit, de restit. spoliator. cap. Cum venisset,* ideò S. Pater ad eiusdem præcepti declarationem ponit illas duas particulas, *per se, vel per interpositam personam*; ita quod illa particula *vel* ponatur inter duo idem significantia moraliter: nam persona interposita, hoc loco est velut persona Fratris repræsentatiuè, Fratrem repræsentans, & in eius quasi virtute recipiens, vt dicit Marchant. fol. 225. vnde non obstante hac particula, *glossa in Clementina Exiui verbo Cippi, vel trunci* postquam assignauit differentiam inter denarios, & pecuniam, quod scil. denarius est, qui pro decem nummis olim imputabatur; pecunia verò propriè est substantia de pecoribus proueniens &c. subdit; quod tamen hic accipitur pro eodem.]

23. Comm. Nullitas etiam huius Vmbratilis fictionis vt appareat, & cognoscat Rozycius, peccari contra istud secundùm præceptum huius 4. Capituli; Si *per se* ipsum immediatè, nulla interposita persona, vel non per se ipsum, sed per interpositam personam, denarios, vel pecunias recipiant; sufficiat authoritas Siguenzæ loc. cit. cap. 4. text. 1. §. 5. Cord. quæst. 3. punc. 2. Monoætia fol. 269. Patti par. 2. tract. 1. cap. 2. num. 7. & aliorum, qui post S. Bonauenturam, 4. Ma-

giſtros, Hugonem, & Piſanum, docent vniformiter, ex verborum proprietate, quod diuerſa ſint hæc ad inuicem, atque diſparata; Siquidem recipere pecuniam per ſe, ſit etiam nullo alio interpoſito, per ſe immediatè recipere, contrectare, vel expendere authoritate ſua; recipere verò per interpoſitam perſonam, eſt, aliam perſonam authoritate Fratrum deputare ad recipiendum expendendum, &c. pecuniam; Vnde poteſt hoc etiam præceptum modo iam explicato diſiunctiuè violari.

(Vmbr.) [*Nec valet dicere* cum Ponzanello, accipi pro eodem, non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad obligationem coarctantem Fratres, ne recipiant illam. Quia eo modo dicit, hic ſeu in hoc loco, vbi agitur de præcepto Regulæ, accipi pro eodem, quo ſuperiùs dixit, diſtingui, vt patet ex particula aduerſatiua *tamen*, quæ ex natura ſua ponit in ſecundo caſu diuerſum ab eo, quod poſitum eſt in primo: aliàs inconſequenter loqueretur; ſed ſupra, dixit, pecuniam & denarios diſtingui, quod ad ſubſtantiam. Ergo hic dicit eſſe idem quoad ſubſtantiam. Et certè hac ratione non ſolùm denarius, & pecunia deberent dici idem, ſed omnia prorſus vt proprietas, equitatio ſine neceſſitate cogente, aut infirmitate &c. poſſent dici eſſe idem cum

dena-

denarijs, & pecunia, ſcilicet quo ad obligationem coarctantem Fratres; cum ad omnia æquè ſtrictè obligentur Fratres ſub peccato nimirum mortali. Nec eſt alicuius momenti differentia, quam adhibuit P. Ponzanellus inter prohibitionem denariorum, & pecuniæ, quod ſcil. denarij, ſeu pecunia numerata prohibeantur abſolutè, & ſine vlla exceptione, ita vt nunquam ex vllo modo licitum ſit Fratri Minori (regulariter loquendo) eam contrectare: Pecunia verò largè ſumpta, ſiue omnia, quæ reduci poſſunt ad pecuniam numeratam, vt ſecundùm communem accipitur, in Regula prohibetur, non ſic abſolutè, ac principaliter, ſed quatenus tendunt ad vſum, & contrectationem pecuniæ numeratæ; cum exceptione, quod Fratres poſſint vti aliquibus in propria ſpecie, quæ ſunt prohibita ſolùm, quando non ſunt apta ad talem vſum, ad quem deſeruire deberent; vt quando recipiuntur, aut quæruntur à Fratribus mediante pretio. Hoc inquam nihil valet, quia ſicut vſus pecuniæ largè ſumptæ, v.g. Domus panis, olei &c. aliquando eſt licitus, aliquando illicitus; ita vſus denariorum, ſeu pecuniæ numeratę aliquando eſt licitus, & non prohibitus, aliquando illicitus, & prohibitus: vt pat. in reſponſ. ipſius P. Pelandi ad probationem P. Marchantij quintam ſuæ concluſionis, & omninò æqualiter prohibetur in regula denarius, vt denarius, ſicut pecunia vt pecunia, ſuppoſito quod diſtinguantur.]

24.

24. Comm. Quicquid dicat, vel non dicat Ponzanellus, probauimus nos in superioribus, denarium à pecunia distingui, quo ad substantiam; quod nunquam euacuabit Rozycius; concedo tamen, quòd denarij semper, & absolutè sint minoribus interdicti: pecunia verò largè sumpta, vt explicat Rozycius, pro quacunque re pretio æsti mabili solùm prohibetur, quatenùs tendit ad vsum pecuniæ numeratæ, quia rerum eiusmodi vsus aliquando est licitus, aliquando illicitus; & hoc confirmat, quod denarius, & pecunia sint substantialiter disparata. Eadem namque res, vt granum, libri &c. Si recipiatur pro vera necessitate ad vtendum in propria specie, non sunt pecunia in Regula prohibita; si autem recipiantur, vt distrahantur, sunt pecunia in Regula prohibita.

(Vmb.) [Nec rationabiliter facit P. Ponzanellus pro parte sua trahens doctrinam Seraphici Doctoris, quasi id insinuaret in suo discursu; dum in sua expositione cap.4. dicit præcipi, ne recipiant denarios, vel pecuniam, vel vllam possessionem terrenam in pecoribus, siue generaliter in omnibus, quæ paupertatem altissimam labefaciunt; & præcipuè loquitur de pecu-

nia

nia numerata. *Sic ille* (inquit Ponzanellus) *vbi verba videntur facere dictum sensum attenta illa dictione præcipuè, quæ de iure maiorem esse rationem ostendit, in pecunia numerata prohibitionis, quàm in alijs: cætera tamen non excludendo, vt patet per Barbos. dict. l. 97. & 275. Et sic non solùm pecunia numerata, sed & alia ad illam ordinata censentur in Regula Fratrum Minorum prohibita; quæ est communis Expositorum, & PP. sententia:* Hæc Ponzanellus.

Sed quam immeritò ostendo: quia Seraphicus Doctor non dicit, possessionem terrenam in pecoribus, & in omnibus, quæ labefactant paupertatem, esse prohibitam in hoc cap. 4. Regulæ: alias nec ipse distingueret Capitula, & prohibitiones Regulæ, vt dicunt 4. Magistri; constat enim quòd proprietas, & possessio rerum prohibetur cap. 6. loquitur ergo S. Doctor de tribus sequentibus Regulæ capitibus, quarto scilicet, quinto, & sexto, tanquam de tribus Portis spiritualis ciuitatis, contra Aquilonis insidias munitæ, vt patet ex textu ipsiusmet, quarum prima (idest quarta) excludit periculum Iudæ, pro pecunia Dominum tradentis; Secunda tollit periculum fictæ Religionis, tertia aufert periculum multitudinis, pro communibus appropriatis rebus contendentis: dicit ergo S. Doctor, quòd volens Dominus per S. P. Franciscum à Religione sua (quam Hortum conclusum, & fontem signatum immediatè appellat) radicem

aua-

auaritiæ penitus excludere, præcepit (ſcilicet in his tribus Capitulis regulæ) ne recipiant Fratres denarios, vel pecuniam, vel vllam poſſeſſionem, quæ altiſſimam paupertatem labefactant. Deinde de hoc cap. 4. particulariter determinans dicit *& præcipuè* (ideſt hic cap.4.) *loquitur de pecunia numerata*, ita vt *ly præcipuè* referatur ad cap.4. cætera etiam includendo in prohibitione, non in hoc, ſed in alijs ſequentibus capitibus. Et quòd hoc velit S.Doctor, colligitur, dum dicit in hoc cap.4.excludi periculum Iudæ Dominum tradentis pro pecunia; quæ vtique fuit numerata. Item dum dicit vlteriùs, hoc præceptum trahi ex Euangelio Matthæi 10.vbi dicitur: *Nolite poſſidere aurum neque argentum,neque pecuniam.* In quo loco Expoſitores, præſertim Cornelius putat, prohiberi pecuniam numeratam, itaut per aurum, intelligantur nummi aurei; per argentum, argentei; per pecuniam, quicunque alij nummi; v.g. Ænei prout ibidem deducit ex Græco. *Triplex*, inquit Cornelius, *eſt pecunia: aurea, argentea, ænea*; *imò omnis pecunia*, ait Budæus de Aſſe, *primo fuit ænea, deinde argentea,demum aurea*: Ergo cum illud præceptum idem ſecundùm D. Bonau. quod ponitur in citato Euangelij loco, ponatur & in hoc capite 4. Regulæ eamdem in ſe prohibitionis continebit materiam, itaut denarij, & pecunia vtrobique ſumantur pro pecunia numerata, ac ita ſint ferè ſynonima iuxta D.Bonauenturam.]

25. Comm. Malè obfuſcat Seraphicam S. Bonauenturæ doctrinam hæc Vmbra; Siquidem ex ipſius textu apparet, quòd etſi pecora, & alia huiuſmodi ſub alio prætextu prohibeantur in cap. 6. Regulæ, quatenus ſcilicet tendunt ad ingerendam proprietatem, vel theſaurizationem; tamen S. Doctor, explicando ſeorſim cap. 4. & poſtea ſextum, hìc intendit ſub alio reſpectu in hoc cap. 4. prohiberi pecuniã &c. quatenus induunt rationem pecuniæ; quia recipiuntur eo animo, vt æſtimato pretio diſtrahantur: & optimè Ponzanellus ponderauit ad intentum particulam illam reflexiuam, *Præcipuè* de pecunia numerata, quia in hac faciliùs, & frequentiùs eſt periculum; & per iſtã Chriſtum à Iuda venditum eſſe deſcribitur. Quod autem reperiatur pecunia numerata (ideſt denarius) aurea, vel argentea, & ænea; ſiue quauis alia de materia; id non euacuat, quin S. Patriarcha omnem pecuniam latiùs patentem, ideſt pro omni re recepta in ordine ad pretium, interdixerit.

(Vmb.) [*Prob.* 2. Principalis aſſertio, quòd ſcil. Pecuniæ nomine in Regula Fratrum Minorum

rum nón possit intelligi res omnis, quæ recipitur eo animo, vt vendatur, aut distrahatur &c. Sic Nicol.III in Extrauag. *Exijt qui seminat &c.* permittit Fratribus Minoribus, accipere legatum alicuius domus, agri &c. vt per personas idoneas vendantur, & pecunia in Fratrum necessitates expendatur. Ergo secundùm Nicol III. legatum, vel domus, quæ acceptatur, nón est pecunia; sed potius pecunia ex domus venditione conflatur, quæ tum demum per personas idoneas in necessitates conuertitur; Ergo nec simpliciter granum, aut aliud quoduis (exceptis denarijs) quod Frater Minor recipiat ad hoc, vt per personas idoneas vendat, distrahat, aut commutet, reputari debet pecunia formaliter, quamuis ex illa re pecunia conflari possit.]

26. **Comm.** Seriùs iam insinuari videtur hęc controuersia per Decretales Apostolicas. Antequàm ad hæc respondeam, vnum quid essentiale prænotare debui; Nec Nicol. III. in sua *Exijt*, nec Clem. V. in sua *Exiui* declararunt ex professo, quid Denarij, quid Pecuniæ, nomine in Regula intelligatur; an sint ad inuicem synonima, vel diuersa, Ratio esse potuit duplex, prima generalis; quia cum ad exarandas illas decretales conuenerint ad primam in loco

So-

Soriani iubente Nicolao, præcipui de Curia Pontificia, & aliundè conuocati Iurisperiti; & eodem modo in Concilio Generali Viennensi coram Clemente ad secundam ex generalibus Regulis iuris, & ex vniformi Doctorum sensu, præsupponebant, illa esse diuersa, Denarium esse monetam authoritate publica cusam, Pecunia verò, quicquid recipitur, vt æstimato pretio vendatur; eo vel maximè quia & ex constitutione antiqua Ordinis, quam supra retulimus, ita fuisse iam declaratum supponebant, quam constitutionem vnà cum cæteris, & cum expositione quatuor Magistrorum ibi discussam fuisse, dubitare non licet. Specialiùs verò id ipsum supponebant, ex repetita ter vtriusque prohibitione in Regula semper eodem modo, necnon ex declarata superiùs intentione S. Frãcisci; quã ideò dicit Nicolaus ipse, haberi velle vt fundamentum præcipuum in illa sua decretali: Huius signum est; quòd etsi perrarò (vt optimè notauit Rozycius) ambo isti Pontifices, denarium, & pecuniam vnitiuè nominent; nunquam tamen Denarium absque pecunia, sed sæpissimè Pecuniam

abs-

absque Denario; ratio est, quia vt superiùs adnotaui; sub Denario non compræhenditur pecunia, benè tamenècontra pecuniæ nomine venit denarius, pecunia numerata, & pecunia non numerata, ideſt res æſtimato pretio diſtrahibiles hiſce prænotatis.

27. Respondeo, (quicquid dixerit Pelandus) negando absolutè totum Rozycij fundamentum, videlicet in illa Nicolai III. Papæ decretali *Exijt* concedi Fratribus, vt possint domum &c. aut aliud legatum sibi factum acceptare, quod postea per personas idoneas (quas subsequenter pessimè dicit, esse Syndicum Apostolicum) vendatur; ad hoc, vt pretium in necessitates Fratrum conuertatur. Legatur attentè textus: Tres enim modos illo in Articulo assignat, quibus & pecunia, & legatá, & oblata possunt Ordini obuenire; primò, vt offerantur sub modo Fratribus illicito; v.g. domus ad locandum, ager ad excollendum &c. secundò, vt in oblatione modus explicetur Fratribus licitus, vt si detur alicui sæculari pecunia pro Fratrum necessitatibus expendenda, domus vt vendatur, & pretium in legitimis Fratrum

necessitatibus expendatur &c. tertiò vt fiat donatio, vel legatum, vel eleemosyna Ordini sub modo indifferenti; v. gr. domus, ager legetur Fratribus, nihil specificando de modo licito, vel illicito; Primum donationis, aut legati modum vult ibi Pontifex à Fratribus recipi non posse, quia eorum statui repugnat; vt pecuniam contrectare, vel disponere authoritate propria, domum tenere locandam &c. Tertium modum ex rationabili, atque pia donationis, siue legantis intentione declarat, intelligi debere, vt secundum, nempe sub modo licito; v. g. legauit quis domum suam Fratribus; intelligendus est, eam legasse, vt modo licito in Fratrum necessitates conuertatur: his prænotatis determinat Pontifex ibidem, quòd pecunia secundo, vel tertio modo donata, vel oblata Fratribus nunquam ex Fratrum authoritate, vel nomine, sed semper nomine, & authoritate dantis, (etiamsi personæ diuersæ forent subrogandæ etiam per Fratres ipsos aliquando nominandę) pro Fratrum necessitatibus expendatur: de legatis postea in eodem artic. 3. definit idem omnino esse

intel-

intelligendum, ac de pecuniarijs eleemosynis: Ergo nunquam ibi concedit Pontifex, vt Fratres domum vendendam, aùt aliud tale legatum vllo modo recipiant, vt vendatur: verùm ex quo ibidem præcipit, & quidem grauissimè, vt pia testantium voluntas adimpleatur, hęredum compescatur auaritia, Fratrumque necessitatibus prouideatur; posset exinde videri talia, in Sedis Apostolicæ dominium esse translata, & eius authoritate vendi per Syndicum Apostolicum: sed quia in art.2. §. *Ad hæc vt fratres &c.* iam decreuerat ipse Papa, nihil præter vtensilia, & mobilia fratrum, vsui necessaria, & licita, & ad summum loca suæ habitationis (si expresè remittantur) in Sedis Apostolicæ dominium acceptari; pecuniarias verò eleemosynas in art.3. expresè declarauerat, in dantis semper remanere potestate, §. *cæterum*, & tandem in §. *Ad hæc quia* definit authenticè, de legatis idem esse intelligendum, ac de pecunijs constat euidentissimè, legata huiusmodi nullo modo ad fratres, vel ad Syndicum Apostolicum, vel ad Sedem Apostolicam, ex decretali-

bus iſtis *Exijt*, & *exiui*, pertinere; ſed obligari hæredes, & Iudices &c. vt ad implendam Teſtatoris voluntatem, per perſonas idoneas, & fideles, & Deum timentes vendantur, eorumque de pretio fratrum neceſſitatibus prouideatur. Fratribus autem ius nullum acquiritur; ſed tantùm licet ſuas neceſsitates exponere, quibus eſt prouidendum. Sic examinanda ſunt seriò, non ſuperficialiter allegando verba decretalium: non itaque malè reſponderat Pelandus; illud legatum nullo modo eſſe pecuniam fratribus à Papa conceſſam. Quinimò, etiamſi vtenſilium, atque mobilium, quarum vſum liceat fratribus habere, proprietatem in ſe aſſumpſerit Pontifex; illicò tamen in §. *Inſuper* nec vtenſilia, ſiue mobilia habere permittit ad prætioſitatem, ad ſuperfluitatem, vel ad theſaurizationem, vel in ordine ad vendendum: vnde cum illa ſola, in ſui, & Sedis Apoſtolicæ dominium recipiat, quorum vſum liceat fratribus habere, hæc autem ſuperflua, vendibilia &c. dicat non licere fratribus habere, ſequitur quòd non tranſeant in Sedis Apoſtolicæ dominium: Sic

habet ſpeculum Minorum apud Corduba q.2.c.6. & alij communiter.

28. Adde *cap.Exiui de verborum ſignif.*) quòd ſi in prohibitione generali ſecundum iura, illud omne prohibetur, quod expreſ-ſè, non conceditur, vnde conceſſio vnius confirmat inhibitionem alterius; quia ſe-cundum Regulam, & Pontificias conſtitu-tiones omnis qualiſcunque venditio fra-tribus prohibetur, cum ſola vtenſilia, & mobilia, quæ licitè habuerunt, iam facta inutilia, concedat per Miniſtros commu-tari abſque pretio tacitè, vel expreſsè æſtimato, (quia hoc eſt interpretata ven-ditio); æſtimato verò pretio per Syndi-cum Apoſtolicum alienari; ſequitur eui-dentiſſimè; legata illa neque per fratres, neque per Syndicum Apoſtolicum, ſed per hæredes, Iudices &c. eſſe vendenda, quæ omnia confirmantur in Clementina *Exiui* art.6.

[Vmbra] *Contra primò*; Vt aliquid non fiat authoritate fratrum non eſt prohibitum in hoc cap. de pecunia, ſed id prohibetur cap. 6. vt benè aduertunt quatuor Magiſtri cum Hugo-

ne in cap. 4. Regulæ: Ergo quod venditio fiat authoritate fratrum, non erit contra hoc præceptum, sed contra illud sextum, consequenter venditionem authoritate fratrum fieri, non erit recipere pecuniam, sed potiùs appropriare sibi aliquid]

29. Comm. Distingue ergo Rozyci inter quarti, & sexti capituli Præcepta, vt docent 4. Magistri, & Hugo à te iam superiùs hac de causa allegati: concedo, quòd omnis venditio in genere, fratrum authoritate facta peccet contra sextum capitulum Regulæ, in quo proprietas omnis inhibetur: at non negant, immò docent illi ipsi venditionem rei pecuniariæ reduplicatiuè, quatenus pecuniæ receptionem inuoluit contra quartum impingere capitulum, vnde sub duplici consideratione duplex Regulæ capitulum offendit.

[Vmbra] *Confirmatur* Statuta Reformator. generalia Romana 1643. confirmata ab Vrbano VIII. in cap. 6. Regulæ n. 5. decernunt sic: *Vendere, vel procurare, vt vendantur quocumque modo res, quæ nascuntur in hortis nostris, est proprietas sicuti etiam esset vendere res procuratas pro vsu fratrum, nisi fortasse haberetur licentia ab ipso*

do-

danante; & hoc fieret mediante Syndico Apostolico, & propterea debent tales puniri vt proprietarij: Ergo secundùm statuta fratres recipientes, procurantes &c. res ad vendendum, distrahendum, impingunt in præceptum de proprietate vitanda, non in præceptum de pecunia non recipienda. Quamuis enim loquantur epresse de rebus procuratis pro vsu fratrum, tamen de his, si vendantur, distrahantur, & loco denariorum operarijs, & mercatoribus dentur, eadem est ratio secundùm P. Pelandum suæ lucis fol. 34. ac de illis, quæ mendicantur, recipiuntur, vt vendantur, commutentur &c. quantum ad rationem pecuniæ]

30. Comm. Nil mirum, quod Vmbram Vmbræ copulando fiat obscuritas, & tenebræ: per Rozycium, qui recipit, aut emendicat res pretio distrahibiles, & animo vt sic distrahantur, non peccat in quartum, sed in sextum cap. Regulæ, quia per statuta pœna proprietarij puniuntur, sed & per omnia tum generalia, tum reformata statuta Ordinis, proprietarij declarantur, & pœna proprietarij puniuntur quotquot denarios habere, vel habuisse conuincantur; Salmat. 1553. Vallisol. 1593. Segobien. 1621. Sambuc. 1658. & Reformata

hìc citata ; ergo denarios etiam immediatè per ſe recipientes , & expendentes , non peccant in quartum, ſed in ſextum Regulæ Capitulum ; qui ergo erunt, huius quarti capituli tranſgreſſores ? Soluat ſi poteſt Rozycius argumentum. Sed lucem de luce faciet clariorem, ſi ſtatutum copulauerit ſtatuto : ſtatutum Reform. in Vmbra hìc allegatum eſt in cap. 6. ſub num. 5. ſed iam in cap. 4. num. 10. expreſsè declarauerant eodem modo, reum eſse proprietatis, qui res quaſcunque emendicauerit, vt in alias etiam , etiamſi neceſsarias, & licitas commutentur ; *Quia* (nota benè) *hoc eſt mendicare pecuniam* debuit ergo author Vmbræ aduertere , quòd proprietarij pœnæ taxatio in caſu noſtro non tollit offenſionem huius præcepti , ſed in omnibus Ordinis , & Reformationis ſtatutis alia nulla pœna denarij , vel pecuniæ, receptoribus aſſignatur, niſi pœna proprietarijs taxata; vt in præcit. Salmat. Tolet. Valliſol. & alijs paſſim eſt videre , & clariſsimè in allegatis ab ipſo ſtatutis Reform. cap. 4. in initio. Communis itaque eſt pœna quarti , & ſexti capituli tranſgreſsoribus impo-

imposita; non quia sint vnum, & idem pręceptum, sed quia consimilem imbibunt malitiam.

31. Quod autem illa venditio fieri possit ex commissione dantis principalis, etiam specialiter committendo fratribus, vt venditorem nominent; & tamen tunc nisi per Syndicum Apostolicum vendi non liceat, iuxta illa statuta per Pontificem confirmata; nil iuuat ad intentum Rozycij; nec enim ius aliquod exinde Syndico, vt tali, acquiritur. Cum enim donans principalis velit fratrum succurrere necessitatibus modo licito, & ipse vel nequeat, vel nolit venditioni huic intendere, nec substitutum nominare, sed fratribus id committit; certè vt habetur in allegata decretali Exiit illum pro se in tali venditione substituit, quem fratres nominauerint. Quòd attamen fratribus alium à Syndico nominare non liceat; non ideò est, quia res illa in Sedis Apostolicæ dominium per Sindicum transierit. cum contrarium fuerit expresse, vt prænotauimus à Nicolao III. declaratum; sed ideò alium nominare fratribus non licet, per coarctationem à statutis

tutis impositam, ad effugiendas fraudes, & errores, qui plurimi possent in huiusmodi casibus occurrere; possent enim fratres, vel in nominando, vel nominati de Regula nostra non instructi multiformiter errare: Cum verò semper sit ad hæc nominatus Syndicus, fraudis locus non datur in fratribus, vt auaritia obcæcati sibi aliquid approprient; & Syndicus iam vsu peritus securiùs agit in contrectatione negotij: nominatur tamen à fratribus authoritate dantis, cuius etiam authoritate, & nomine negotium suscipit exequendum, non verò vt Syndicus, & Sedis Apostolicæ Minister; etsi ad cautelam possit ipse solus à fratribus nominari. Hic ergo vniuersaliter errauit graui æquiuocatione Author Vmbræ, dum ex repetita sępiùs huiusmodi nominatione Syndici ad vendendum, ad recipiendam pecuniam &c. putauit, aut putare fingit, Syndicum talia, vt Syndicum reduplicatiuè peragere: quod est falsissimum, & contra Nicol. III. citatam decretalem.

[Vmbra] *Confirm.* 2. Non est necesse, quòd

Fratres procurando, & mendicando granum, oleum &c. vt vendatur, intendant commutare granum in denarios, vel vti grano &c. loco denariorum, ſed poſſunt circa hæc ita ſe gerere, ſicut dum acceptant legatum, v. g. agrum, vineam &c. vt vendantur, & pecunia in eorum neceſſitates commuttetur, ſcil. intendendo ſolùm res ſibi neceſſarias in ſpecie: & venditio fieri poteſt vel per amicum ſpiritualem, authoritate donatarij (cuius ſi in ſimilibus caſibus de aliqua cauſa rationabili non poſſint habere expreſſam, præſumptam, ſeù interpretatiuam licentiam, & voluntatem aiunt ſufficere Expoſitores, præſertim Politius in cap.4. Regulæ fol. 380. num.34.§.ſi indeterminatè &c.) vel authoritate Papæ per Syndicum, ſi dominium rei ſibi non reſeruauit donator; Ergo ſaltem taliter recipere res, vt granum, oleum &c. vt vendantur, non erit recipere pecuniam, hoc autem ſufficit intentioni P. Marchant. Nec ſanè apparet ratio, quare fratres acceptando legatum domus v. g. agri &c. vt vendatur, & pecunia in eorum neceſſitates conuertatur, non intendant legato illo vti loco denariorum, conſequenter non recipiant pecuniam, & quare mendicando granum, oleum &c. vt vendatur, & pecunia in eorum neceſſitates conuertatur, in tendant vti grano, oleo &c. loco denariorum, & conſequenter recipiant pecuniam? vel quare poſſint facere illa legata vendi authoritate aliena, ſcil. vel

Ec-

Ecclesiæ, vel dantis, & quare non possint ita vendi facere granum, oleum &c. sed authoritate propria.]

32. Comm. Vniuersus hic discursus in æquiuocatione laborat, quam superiùs explicauimus vbi num.24. ex allegata decretali *Exijt* apertè docuimus; illa legata nullo modo à fratribus recipi (quoad Reformatos, qui ad illas decretales omnimodè obligantur) sed obligationem factam hæredi, Iudici &c. vt vendantur &c. fratribus autem ius nullum acquiri, nisi vt necessitates suas explicare valeant, quibus sit prouidendum; vnde nulla est illatio à legato ad mendicata. Qualis autem est illa fictio metaphysica, vt fratres mendicando vendenda, venditionem, & consequenter pecuniam non intendant, sed tantùm, vt per alios ex ijs suæ necessitati prouideatur, quod sine venditione, atque pecunia fieri non posse præcognoscunt?

[Vmbra] *Contra secundò*. Dato non concesso, quòd res mendicatæ vt vendantur, distrahantur &c. sint pecunia, certum tamen est ex Cordubá in cap.4. q.4. punct. 3. res illas non

priùs

priùs posse habere rationem pecuniæ, quam re ipsa, & ex pactointeruenire solito inter emptorem, & venditorem, tales res tradantur: Ergo quando petuntur, & accipiuntur à fratribus, & quandiu manent in manibus fratrum non sunt pecunia respectu fratrum; neque est receptio politica pecuniæ respectu ipsorum si non accipiantur, vt authoritate fratrum vendantur, aut distrahantur (vt supponitur posse imò debere omnino fieri) quia non conuenit eis definitio pecuniæ, neque receptionis pecuniæ per se, consequenter solùm respectu amici spiritualis distrahentis, seu respectu eius, cuius authoritate venditur, seu distrahitur, est pecunia, & politica receptio pecuniæ. Et concordant cum his expresse: Summ. Ang. tit. Pecunia, & Summ. Ros. eodem tit. & speculum ff. 6. & Tab. 19. Vicarij Generalis vbi habetur, quód res, quæ petuntur, vt distrahantur, tradantur amicis spiritualibus distrahendæ. vide Cord. loco cit.]

33. Comm. Multipliciter errauit hìc Rozycius: primò etenim; Esto Corduba q. 4. verè ad intentum Rozycij dixisset, rem pretio vendibilem mendicatam à fratribus non habere rationem pecuniæ nisi dum tradita est ad vendendum; parùm esset de illius dicto, qui est de corpore Regularis Obseruantiæ curandum, vbi agitur de

ar-

arctiori Reformatorum obseruantia; secundò contra Cordubam, Angelum, & alios ab ipso ibi citatos, si verò pro Rozycio dixissent, habemus textum Euangelicum; *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est in corde suo Matth.5.* Ergo, & qui mendicat, aut recipit aliquid, vt æstimato pretio distrahatur, iam pretium, & pecuniam intendit in corde suo. Tamen, ne iniustè Cordubæ, Angelo, & alijs viris doctissimis inferatur iniuria; Resp. 3. illos non distortè sed integrè, & sanè esse referendos, & intelligendos: Corduba siquidem illa q.4. punct.3. repetit apertè, quod res distrahenda pro alia, est verè pecunia, licèt non numerata (quid clarius?) tamen potest à fratribus licitè tangi, & ad eum deferri, qui debet illam distrahere; *Dummodo aliàs licitè petatur, & distrahatur*: hoc est Cordubæ fundamentum: quia, inquit, supposita licita receptione, in manibus fratrum non est pecunia, sed in manu distrahentis: Et illi concordant in hoc Angelus, & alij; sed quando licitè à fratribus recipitur? non absolutè mandicando res vendibiles; quia, in-

quit,

quit, Corduba, *est pecuniam mendicare*; sed tunc solùm, quando sua explicata necessitate per fratres, datur aliquid à Benefactore, vt nomine suo ad alium deferatur distrahendum, vt fratrum necessitati prouideatur: quia tunc optimè secundùm Cordubam, frater in eo casu tantùm materialiter, & non ciuiliter Illam rem accipit, contrectat, & defert; & sic in manu eius non est formaliter pecunia, quod non valet in omni mēdicatione rei vendibilis; nec ad hoc possunt citari, vel Corduba, vel alij nisi ex malitiosa æquiuocatione.

[Vmbra] Dices cum P.Pelando: Syndicos, & Procuratores Papæ non esse personas idoneas ad vendendum granum, oleum &c. & alias res mendicatas hac intentione à fratribus, vt vendantur: quia tale dominium ad Ecclesiam Romanam, & Papam non pertinet. Pontifex enim recipit dominium solùm rerum mobilium, *quæ sunt in vsu fratrum, & Ordinis, & interdum contingit eas vendi, aut commutari ob vetustatem, aut inutilitatem: non autem mobilium, quæ recipiuntur vt vendantur, vt patet ex Nicolao III. art.6.§. quia verò.*]

34. **Comm.** Optima eſt oppoſitio Pelandi, quæ in allegata ibi decretali literaliter habet fundamentum.

[Vmbra] *Ad hoc antequam reſpondeam*: Prænoto in hac inſtantia P. Pelandi inuolui quæſtionem minimè in praxi vtilem, ad vtilitatem obſeruantiæ Regulæ Minoriticæ, ſed magis curioſam, & ſpeculatiuam: an ſcil pecunia fratribus pro neceſſitatibus præſentibus, vel imminentibus donata, vel pro laboririo oblata, aut ex teſtamento legata, cuius dominio dantes rênuntiant, maneat in dominio Papæ, ſeù Eccleſiæ Romanæ? ſic enim illam reſoluit Corduba *fol: 399. ex Diuo Bonauent. in epiſt. ad Magiſtr. Innominat. quòd non pertinet ad Fratres ſcire, cuius ſit illa pecunia; ſicut neque de aliјs rebus aliorum hominum pertinet ad fratres ſcire, cuius ſint, cuius non: dummodo ipſorum fratrum non ſint omnino: & hoc ſufficit ipſis fratribus pro ipſorum conſcientia*, *hec ille*, & concordat Hugo cap. 4. dicens: *Non tibi dat quiſquam, niſi vult expropriari: nec tu quid recipis, niſi velis ei dominari. Namque recepta data, ſibi ſunt aduerſa relata: dans ſuo priuatur, recipit, qui poſt dominatur*· nam ſine conſenſu vero, vel interpretatiuo ſaltem tacito, vel probabiliter præſumpto non acquiritur vlla poſſeſſio, etiam in foro humano, vt D. Bonauen. cap. 4. ait? Vide Chronicon. de S. Patre, qui

ex-

expulit Fratres de domo Bononiensi, eò quod dicebatur domus Fratrum, par.1.lib.2.cap.20.]

35. Comm. Concedo grauem illam controuersiam illo è puncto deduci; & venerandam prorsus esse Seraphici Bonauenturæ doctrinam: sed benè legendus Corduba non in loco tantùm hic citato, sed & cap.4.q.7. & cap.6.q.1. & 14. vbi doctissimè tractat hanc quæstionem, atque præsupposita, siue præmissa distinctione de ijs rebus, quarum vsus est nobis licitus, quantum est de ratione materiæ, v. g. calices, libri &c. illicitus verò ratione circunstantiæ, quia nempe sunt nimis pretiosæ, superfluæ &c. & rerum, quarum vsus nobis omnino repugnat vt pecunia (sub cuius nomine veniunt etiam denarij, vt ait ipse Corduba cit.q.7.) de primis ergo resoluit, titulo aliquo fieri posse, vt transeant in dominium Sedis Apostolicæ; de secundis verò; idest de pecunia, nequaquam, vt docet, speculum Fratrum Minorum fol. 7. à Corduba ipso citatum; ratio est ex ipsa decretali Nicolai III. disponente. Certè in dominium fratrum non transit; quia ne-

mo inuitus poteſt dominium acquirere: ſi ergo, & Pontifex, & alij hoc recuſent, Deo acquiritur, quod pro Deo donatur; vt ex Hugone notauit optimè Marchant. cap.4. q.4. tit.1. quod poterat aduertere Rozycius. Hoc ipſum pleniùs infra num. 42. reſoluemus.

[Vmbra] Particulariter tamen ad inſtantiam reſpondeo. *Dico primò: Perſonas idoneas ad vendendum granum, oleum, & alias res mendicatas à fratribus intentione eas vendendi (dato non conceſſo, quod eſſent pecunia) eſſe vel ipſiſmet Benefactores granum, oleum &c. dantes, vel ſubſtitutos ab ipſis, quod ſi ipſimet nolint vendere, commutare &c. nec etiam per ſe ſubſtituere*, vt ſecundùm Cordubam ad cap.4. q.9. fol.384. in quotidianis mendicationibus probabiliter creditur fieri, tunc fratres debent eis depoſitarium nominare quemcunque voluerint, qui ex conſenſu expreſſo, vel probabili præſumpto ipſorummet dantium diſtrahat, vel vendat illud granum, oleum &c. cuius ſubſtituti munus poteſt obire etiam Syndicus Apoſtolicus, ſi ita Benefactori placuerit.]

36. Comm. Hypoteſis, quam negat hìc Vmbra, eſt prorſus indubitabilis, vt iam demonſtrauimus ex omnibus ſtrictio-

ris

ris Obſeruantiæ Profeſſoribus &c. & iterum infra probabimus, pecuniam eſſe quicquid animo diſtrahendi recipitur. Concedo tamen perſonam ſufficientem ad illorum diſtractionem, eſſe etiam nominatam à fratribus, ita volente domino; & etiam Syndicum Apoſtolicum, non tamen vt Syndicum, ſed vt à domino vel dante ſubſtitutum, modo in ſuperioribus explicato.

[Vmbra] Vnde Emanuel Rodericus tom.3. q.39. poſtquam adduxit authoritatem ſtatutorum Generalium Tolet. decernentium, non eſſe contra Regulam, vti Syndico etiam ad deponendum pecunias ſecundùm Martin.V. Conſtit. Ipſemet hoc (præſuppoſitis neceſſitatibus veris, præſentibus, vel imminentibus) eſſe ſine diſpenſatione, & relaxatione Regulæ deducit. Pecunia enim (inquit) prædicta nomine dantis apponitur, qui prædictis neceſſitatibus prouideat ſecundùm declararionem Nicolai III. & Syndicus apponitur, & conſtituitur à Papa (ſcil. Martin.V.) vt quædam Generalis perſona, quę nomine dantis prædictam pecuniam conſumat, in quo exonerat ipſum dantem ab inquiſitione alicuius perſonæ, cui talis pecunia ſuo nomine conſeruanda tradatur; dantes enim, eleemoſynam facientes dictis fratribus, nolunt perſo-

nam quærere, dicentes, eos ſatisfacere, eleemoſynam largiendo, & non intelligentes Regulam prædictorum fratrum, ad eos inquiſitionem prædictæ perſonæ remittunt. Et hæc reſponſio vt magis conformis Regulæ iuxta declarat. Nicol, III. in praxim eſt amplectenda.]

37. Comm. De Syndico Martiniano non eſt cur diſputemus, quia Reformatis eſt interdictus; ideò eſt amplior eius facultas, quam habet præ Syndico Nicol. III. tamen ad recipiendam, vel expendendam pro fratrum neceſſitatibus pecuniam nomine, vel authoritate dantis, modo iam explicato, non indiget indulto Martiniano.

[Vmbra]. Quia tamen P. Marchant. tenet ſecundùm puritatem Regulæ, rerum huiuſmodi ac pecuniarum, quas à ſe dantes omnino repudiant, dominium deuolui ad Sedem Apoſtolicam, ſecundùm ipſius fundamenta ad præfatam P. Pelandi inſtantiam. *Dico ſecundò perſonas idoneas ad vendendum granum, oleum &c. eſſe Syndicos Apoſtolicos tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatos.* Neque hoc aduerſatur deciſioni Nicol.III. qui licèt §. *Quia verò.* recipiens in dominium res fratrum, expreſsè non loquatur de rebus mendicatis, vt vendantur, aut diſtrahantur &c. ſed solùm de rebus, quæ erant in vſu fratrum;

ta-

tamen etiam iſtæ iure communi, & antiquo in illius dominium deuoluuntur ad effectus licitos, & intentos, prout ipſemet Nicol. III. §. *Ad hæc*, innuit, oſtendens ea, quæ propter Deum offeruntur, ad Sedem Apoſtolicam deuolui (ſi dominium ſibi donantes non reſeruarunt) quod & contingit in adminiſtratione bonorum Hoſpitalibus, Xenodochijs, vel menſæ pauperum, relictorum, quæ (ſi donantes aliud non exprimant) in adminiſtrationem Epiſcoporum, tanquam Sedis Romanæ delegatorum tranſeunt. *Vide Conc. Trident. ſeſſ.22. de Reformat. cap.6. &* 8. *& ſeſſ.25. de Reformat. cap.*4. Imò aliquando in adminiſtrationem Reipublicæ tranſire ſolent iure ordinario. *Vide Barth. in Minoritica l.2. diſt.*4. §. 2. *&* §. 3. Ergo ſecluſa etiam ordinatione particulari Pontificis, iure communi res illæ, quæ recipiuntur, vt vendantur, commutentur &c. quarum dominium dantes ſibi non reſeruant, pertinent ad dominium Papæ. Nec ſanè eſt vlla ratio concernens puritatem Regulæ noſtræ, cur huiuſmodi res non maneant in dominio Papæ, ſicut & illæ (ſuppoſita neceſſitate præſenti, vel imminenti fratrum, & quòd dantes renuntient dominio talium rerum) ergo ſunt in dominio Papæ.]

38. Comm. Oſtendit Author Vmbræ, ſe in hoc eſſe præciſè, vt Marchantij dicta

ſuſtineat. Tamen Marchantius ipſe in cap. 4. Reg.tit.2.q.2. dicit expreſsè, quod non licet fratribus Procuratore, ſiue Syndico, vt tali reduplicatiuè vti ad recipiendas pecunias, quia, inquit, hoc eſſet pecuniam recipere per interpoſitam perſonam, quod prohibetur in Regula; & in decretali *Exijt* non conceditur, imò euidenter excluditur.

39. Quod autem legata, vel donata cæteris locis pijs, alio Domino non comparente, tranſeant ad manus Epiſcopi, vel Papæ, de iure communi ad fauorem illius loci pij, non facit ad intentum, quia talia loco pio non repugnant, nec vlla lege prohibentur: in caſu verò noſtro detentio rerum vendibilium ſtatui Minoritico repugnat per Regulam, & à Papa repudiatur vt talis; ergo non tranſit ad manus Papæ in fauorem fratrum; & hæc eſt ratio differentiæ inter acquiſitionem legatorum ad fauorem alterius locij pij, & acquiſitionem ad fauorem fratrum Minorum; quam Author Vmbræ non vidit in obſcuro. Quod ſi vera eſſet illius illatio hìc appoſita; *Ergo ſecluſa etiam ordinatione particulari*

Pon-

Pontificis, res illæ, quæ recipiuntur, vt vendantur, quarum dominium dantes sibi non reseruant de iure communi, pertinent ad dominium Papæ: quis non videat, hac in materia corruere omnes Pontificum expositiones, & decretales; & ostium patere latissimum ad mendicandas res pecuniarias, quas dantes, qui Regulæ nostræ rigores ignorant, pro Deo à se abiudicare intendunt, inuitoque Papa, in Papæ dominium transibunt? cum enim Syndicus ad hæc recipienda, vel distrahenda, nec à donante (vt in casu suppono) nec à Papa Nicol. III. (de quo tantùm agitur inter Reformatos) non deputetur, sequitur, quod authoritatem sibi à nullo in illis bonis attributam illicitè vsurpat; vel à fratribus illicitè deputatur, qui propterea erit *interposita persona* per Regulam fratribus interdicta. Sic docent expressè *citatus Marchan. Patti p.1.c.4.n.6. & p.2.tract.1.cap.8.n.57.58.59. & seqq. Monza cap.4. Corduba ibidem*, qui omnes dicunt, hunc esse communem Expositorum sensum, stando in decretalibus *Exijt, & Exiui*. vno excepto Rozycio.

(Vmbr.) [*Si dicas*: Pontifex citato articulo expreſsè dicit, ſe non recipere in dominium ſuum illa, quæ recipiuntur eo animo, vt vendantur, diſtrahantur &c. ergo non poteſt dici, quòd recipiat. Reſp. antecedens debere intelligi de ijs; quæ venduntur, & diſtrahuntur, ad ſuperfluitatem, diuítias ſeu copiam derogantem paupertati: ſic nec vtenſilia, nec vlla alia, quorum ſecundùm ſe vſum ad neceſſitatem, & officiorum ſui ſtatus executionem licet habere, recipit in dominium, ſi ſimiliter ad ſuperfluitatem, & diuitias recipiantur: vnde ſubdit, quinimò in omnibus appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio, & in vſu neceſſitas. Nos autem loquimur de illis, quæ recipiuntur, vt vendantur, diſtrahantur, & ſunt neceſſaria; Si non in ſe immediatè, in illis tamen, quæ per illa acquiruntur. Quòd autem debeant ſic intelligi verba Pontificis patet: quia poſtea domos, agros, vineas &c. permittit recipi, vt per perſonas idoneas vendantur, diſtrahantur &c. vt toties repetitum eſt: quod non eſſet verum, ſi ſimpliciter omnium rerum, quæ eo animo recipiuntur, vt vendantur, renuntiaret dominio.]

40. Comm. Veriſſima eſt, quam ſibi Rozycius opponit, obiectio, ſed nullo modo, per reſponſionem eius euacuatur: imò vt ex Marchantio, Corduba, & alijs iam oſten-

oſtendimus, multò fortiùs res fratribus oblatas, multòque magis per fratres procuratas à ſuo dominio addicat Papa, quæ etiam ratione materiæ eorum vſui repugnant, quàm quæ repugnant tantùm ratione circunſtantiarum, vt ratione pretioſitatis, ſuperfluitatis &c. etiamſi debeant in neceſſaria conuerti; vnde illarum dominium, & diſtractio ad dantem attinere non dubitatur; vel debent ab eo licentiam petere fratres, vt eius autoritate diſtrahantur. Falſum etiam demonſtrauimus eſſe, concedi fratribus per decretalem *Exijt* legata, pro neceſſitatibus alienanda; quod ſatis in num. 24. fuit oſtenſum.

[Vmbra] *Vnde P. Hieron. à Politio in cap. 6 Reg.* ſcribens n. 16. poſtquam determinauit, pecuniarum, armorum, equorum &c. ad dominium Eccleſiæ Romanæ non ſpectare, ſubdit, *attamen pecuniaria legata, quæ fratribus fiunt, eorumque dominium Romana Eccleſia in ſe recipit, ſi fratres illis indiguerint, ſaltem quoad authoritatem illa diſpenſandi, vt ex Bull. Mart. IV. patet* Ex quo, nomine Eccleſiæ, & eius authoritate Syndicus Papæ ea poteſt recipere, petere, & expendere in fratrum neceſſitates; vt ſuper cap. 4. dictum

eſt,

est. Hæc ille censens, hanc Martini prouisionem non contrariari Regulæ puritati. Et declarationibus *Nicolai III. & Clem. V.* & in cap. 4. Regulæ idem Author scribens num. 37, ad finem habet sic: *Pecuniæ dominium, quod dans nullo modo apud se esse vult, secundùm Innocentium, Nicolaum, & Clementem prædictos, in suis declarationibus erit Ecclesiæ, & authoritate ipsius Ecclesiæ in necessitates fratrum expendetur*. Quod habetur expresse in Serena Conscientia, vbi etiam dicitur, quòd Martinus V. se in hac parte gessit secundùm declarationes Nicol. & Clement. vid. ibi quæst. 53.]

41. Comm. Quicquid allegatus hic dicat P. Politius, & subsecutiuè Alexander Ariostus in Serena Conscientia, nihil habent ad intentum; quia primus professione Capucinus, alter de Regulari Obseruantia ad omnimodos rigores decretalium *Exijt*, & *Exiui* ex institutione propria non obligantur, vt Reformati, quod adnotauimus in principio: controuersia verò nostra est, in rigore strictioris Obseruantiæ. Vnde & manifestè primus allegat Martini IV. constitutionem, & si dicat secundus, Martin. Papam V. in sua concessione non recedere à decretalibus Nicol. III. & Clem. V.

contrarium apparet in ipsis eorum constitutionibus, vt infra producemus ex integro.

[Vmbra] *Confirmatur*: Res illæ receptæ ad vendendum, commutandum &c. pro necessitatibus fratrum præsentibus; vel imminentibus, debent esse alicuius dominij, nec manere sub incerto dominio; sed non sunt fratrum, quia suppono, non velle fratres illarum dominium sibi vsurpare; nemo autem inuitus potest esse dominus alicuius rei, nec sunt dantis, quia illas abdicauit, vt suppono, alias non esset verum, quòd dicit Pontifex per talem abdicationem res constitui in incerto dominio; sic enim discurit Papa art. 3. §. *Ad hæc. Cum Fratres ipsi nihil sibi in specie acquirere, vel eorum Ordini possint etiam in communi, & cum aliquid ipsis propter Deum offertur, conceditur, vel donatur, ea (si secus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis verisimiliter credatur fuisse intentio, vt rem huiusmodi concessam, oblatam, vel donatam perfectè concedat, donet, & offerat, à se abdicet, & in alios transire cupiat propter Deum; nec sit persona, in quam loco Dei congruentiùs dominium huiusmodi transferatur, quàm Sedes præfata, vel persona Romani Pontificis Christi Vicarij, qui Pater est omnium, & Fratrum Minorum nihilominus specialis: ne talium rerum sub incerto videatur esse dominio &c.*

Ergo

Ergo dicendum eſt, quod talium rerum, quæ recipiuntur, vt vendantur, diſtrahantur &c. pro neceſſitatibus fratrum, dominium maneat apud Summum Pontificem, ne maneant ſub incerto dominio; ſuppoſito quod dantes eorum dominium à ſe abdicent. Hinc ſtatuta generalia Reformatorum de Syndico ad cap. 4. Reg. num. 3. decernunt in hunc modum: *Quilibet Conuentus habeat Procuratorem, vel Syndicum Apoſtolicum, vel ad ſummum vnum alium ſubſtitutum, & tales, & non alij nominentur à Patre Generali, vel Prouinciali, vt habeant curam eleemoſynæ pecuniariæ aſſignatæ pro neceſſitatibus præſentibus, vel imminentibus, caſu, quo ille, qui dedit, nollet ſeruare. Et pro hac deciſione adducunt Nicol. III. & Martinum IV. & V. Eugenium IV. Sixtum IV. Valliſ. 1593.* Ergo ſupponunt ſtatuta etiam ſecundùm Nicol. III. habere authoritatem Syndicum à Sede Apoſtolica recipiendi in dominium Eccleſiæ etiam pecuniarias eleemoſynas pro neceſſitatibus fratrum præſentibus, vel imminentibus oblatas, caſu quo offerentes non reſeruarent ſibi dominium: neque enim Generales, & Prouinciales authoritate propria poſſent ad hoc tales nominare Syndicos; aliàs non eſſent Syndici, ſed perſonæ interpoſitæ. Item eadem *ſtatuta n. 4. declarant Syndicum non ſolùm habere authoritatem à Sede Apoſtolica vendendi, commutandi &c. res, quæ ſunt in vſu fratrum, & factæ ſunt inutiles; ſed etiam recipiendi nomine Sedis Apoſtolicæ omnia*

mobi-

mobilia, & immobilia fratribus oblata, vel testamento relicta: sic enim dicunt: Declaratur autem quod possimus vti Syndico in duobus tantùm casibus, quorum primus est, vt possit recipere nomine Sedis Apostolicæ omnia mobilia, & immobilia fratribus oblata, donata, vel relicta in Testamento. Secundus casus est, vt possit nomine Sedis Apostolicæ vendere, alienare, vel commutare res, quibus non possunt fratres licitè vti, vel quæ sunt inutiles, & pretium conuertere pro necessitatibus fratrum. Ergo falsum est, quòd Pontifex recipiat in dominium solum illa, quæ sunt in vsu fratrum, & interdum contingit, vendi ea, vel distrahi &c. quandoquidem statutum dicit, quòd etiam res, quibus fratres non possunt vti, & vniuersaliter omnia mobilia, & immobilia, oblata, donata &c. Syndicus accipiat nomine Sedis Apostolicæ, consequenter falsum est, quòd Syndicus non sit persona apta ad vendendum res oblatas fratribus hac intentione, vt vendantur, commutentur &c. Item statuta generalia apud Sanctor. cap. 4. stat. 3. ordinant sic: *Eleemosynæ omnes pecuniariæ pro necessitatibus fratrum quoquo modo aduenientes per Syndicos Apostolicos de consensu Prælati tantùm expendantur.* Item statuta generalia Refotmat. ad cap.4. Reg. n. 10. dicunt: *Declaratur proprietarius, quicumque procurat res ad commutandum illas propria authoritate, in alias licèt necessarias, quia hoc est contra Regulam; nisi hæc commutatio notificetur danti. Postea subdunt,*

& tunc debet fieri mediante Syndico. Ergo supponunt statuta, quod fratres res ad commutandum, distrahendum &c. propria authoritate procurantes peccant contra præceptum de non appropriando; non verò de non recipiendo pecuniam; & vlterius, quod Syndicus Apostolicus sit persona ad hoc idonea, sed non esset persona sic idonea, nisi haberet authoritatem ab Ecclesia; seu Pontifice Romano; nec Pontifex posset dare authoritatem talem nisi reciperet in dominium Ecclesiæ res taliter receptas (supposito quòd dantes non referuent sibi dominium.) Ergo recipit illas in dominium]

42. Comm. Iam diximus in n. 24. non licere vllo modo Reformatis aliquid recipere oblatum multò minùs mendicare, eo animo, vt vendatur; quia talia non suscipit in dominium Sedis Apostolicæ Nicol. III. vt pluriès ex ipso textu decretalis ostendimus; sed ne videatur insufficiens ipsa decretalis, in quo casu fratrum necessitatibus prouideri non possit per res in propria specie consumibiles declarauit ibi Pontifex in §. *ceterum*, & ex illo Siguenza in declaratione eiusdem §. in suo §. 5. Patti p. 2. trac. 1. cap. 9. & alibi sæpè, Monza, & alij zelantissimi de strictiori Obseruantia, de-

bere

bere fratres suam in specie manifestare necessitatem, supplicando pro eius releuatione, mentemque omnino præscindendo à pecunia: Quod si Benefactor per denarium, aut pecuniam velit prouidere; per se ipsum id exequatur, aut per alium ab ipso substitutum, etiamsi velit hunc à fratribus nominari; ita ut nonnisi dantis nomine recipiat, vendat, soluat &c. Vnde etiamsi Benefactor ille donando pro fratrum necessitate pecuniam expressè se declaret abdicatam à suo dominio esse illam pecuniam; nunquam transit (iuxta Nicol. III.) in dominium Sedis Apostolicæ, sed penès dantem, vel penès eius substitutum, (non obstante etiam expressa dantis abdicatione) remanet ex illius authoritate, vel ad summum penès Deum, quia datum pro Deo, & consequenter penès Pontificem ex iure vniuersali pauperum, rerumque piarum, nunquam verò ex cura speciali, quam assumpsit Fratrum Minorum, vt videlicet de talibus oblatis &c. authoritate Papæ fratrum necessitati prouideatur vt n. 36. fusiùs explicauimus. Quia Sedes Apostolica se protestatur, tale dominium non

recipere illius; quod fratribus est illicitum; nemo verò inuitus rei alienæ efficitur dominus. Quod autem aliter sit ex concessione Innoc. IV. Nicol. IV. Mart. IV. & V. nil facit apud Reformatos ad Nicol. III. & Clem. V. decretales obligatos.

43. Textus autem illius decretalis ex §. *Ad hæc* art. 2. truncatus affertur, qui si ex integro recitetur, apparebit ex ipso, quòd solas res in se recipit Sedes Apostolica, ne sub incerto dominio remaneant, cum à donante abdicantur, quarum vsus non est fratribus illicitus, quæ non eo recipiuntur animo, vt distrahantur; vnde non valet *illatio* illa, ergo rerũ etiam vendibiliũ ex professo dominiũ transit in Sedem Apostolicã.

44. Statuta Reformata hìc etiam allegata ex cap. 4. num. 3. quomodo sanè sint intelligenda iam notauimus n. 27. nec enim dicunt, quòd liceat fratribus authoritate sua nominare Syndicum Apostolicum, aut alium quemcumque ad recipiendas eleemosynas pecuniarias; quia hoc eis expressè prohibetur in dicta decretali; sed supposito, vt supra, quod debeant ex dispositione dantis aliquem nominare, prohiben-

tur

tur Reformati per tale ſtatutum alium nominare, niſi Syndicum Apoſtolicum ob rationes illo n. 27. allegatas, vnde quia nominatur ex diſpoſitione dantis, non agit vt Syndicus, ſed vt à dante ſubſtitutus; & in hoc optimè citantur in margine Nicol.III. & alij, quia Nicol. III. in cit. §. *cæterum* ita expreſsè diſponit.Sed qualis abinde illatio; Ergo Syndicus vt Syndicus eſt ſufficiens,& idonea perſona ad recipiẽdas indifferenter pecunias fratribus oblatas,vel mendicatas?

45. Maior certè videtur eſſe difficultas in allegato ſtatuto Reform. ſub n.4.vbi declaratur licere Syndico Apoſtolico inter Reformatos, alienare (pro fratrum neceſſitatibus) non modò res iam factas inutiles,ſed & illas, quibus vti fratribus non licet; quia verè talia videntur eſſe pecuniaria: diximus autem ex decretali *Exijt* §. *Verùm quia*, non poſſe Syndicum per illam Nicolai decretalem inſtitutum alienare niſi res iam factas vſui inutiles; & hoc mordicùs ſuſtinetur à Patti, Monza, cæteriſque Reformatis : quia tamen ſtatutum illud fuit à primarijs Ordinis Patribus grauiſſimo cum examine conſcriptum, & ab Vr-

bano VIII. (qui Reformatos denuò declarauit ad illas rigorosas decretales *Exÿt*, & *Exiui* esse obligatos) confirmatum; ideò dicendum est, quomodo in illa particula de alienandis rebus, quibus vti non licet, nil contineat illicitum, aut statui Reformatorum contrarium nec etiam exinde liceat inferri per consequentiam generalem posse talium rerum accipi dominium à Syndico Apostolico: dimissa itaque illa opinione, quæ dicit, hoc non intelligi de Syndico reduplicatiuè vt Syndico; sed vt à dante substituto, modo superiùs explicato; cum statùtum illud expresè loquatur, de actibus, qui Syndico, quà tali conueniunt inter Reformatos. Aduerto cum Monza, Patti, & alijs; quòd Reformati suos omnes Conuentus accipiebant in initio, pluresque adhuc recipiunt ab Obseruantibus; in quibus ex Apostolico indulto habebant paramenta aurea, & argentea, paramenta longè superflua; & alia, quibus vti Reformatis non licet; cùm ergo iam illa per constitutiones Martini IV. & V. & Clementis VII. & Leonis X. Orb. Seraph. tom. 2. fol. 338. transissent à multo tempore in do-

dominium Sedis Apostolicæ; de istis disposuit Clem. VII. in sua Bulla *In suprema* in §. 3. *Quæ quidem loca fratres prædicti expropriarè possint superfluis, & pretiosis, & ea in vtilia, & necessaria commutare, mediante Syndico à Nicol. III. prædecessore nostro ordinato*. Vt dum Reformati tales Conuentus apprehenderent, possent per Syndicum Reformatorum alienari; pretiumque in Conuentuum reparationem, & alias fratrum necessitates conuerti; itaut hoc iam sit priuilegium speciale à Clemen. VII. concessum; nec tamen vllo modo contra decretalem *Exijt*, immò literaliter conformiter ad ipsam; cum enim §. cit. *Verùm quia* dicatur expressè, vt vendantur à Syndico res, quibus vsi sunt fratres licitè, iam verò factæ sunt inutiles: quis non videat, hæc ipsa, quibus vti non licet Reformatis, fuisse in vsu licito apud Obseruantes, & in dominio Sedis Apostolicæ; iam verò ex speciali prohibitione de non ijs vtendo, factas esse Reformatis inutiles, & ideò alienari debere per Syndicum; Vnde hic etiam non liceat Rozycio generaliter inferre; *ergo licet Syndico inter Reformatos* indiffe-

res accipere ad vendendum, quibus vti non licet, & ideò pecuniarias.

46. Statutum tertium ex Generalibus Ordinis ibidem allegatum vltro admitto, sed nil contra nostrum intentum; quia Reformati maioribus rigoribus adstringũtur; nec indulto possunt vti Martiniano.

47. Statutum quartum ex Reformatis allegatum cap.4. n.10. per summam malitiam dupliciter falsificatur in puncto huius controuersiæ. Primò enim contra formam statuti addit post verba *commutandum distrahendum &c.* illud *authoritate propria*, quod in statuto non existit; sed sic additum multum fauet Rozycio, vt probet, non puniri à statuto procurantes aliquid, vt distrahatur, sed tantùm, qui authoritate propria distrahere tentat, quod est contra sextum Regulæ capitulum, illud verò contra quartum. Secundò statutum dixit; *quia hoc esset emendicare pecuniam*, quod totaliter Rozycij doctrinam euertit, mutauit ipse ad intentum suum, *Quia hoc esset contra Regulam*, vt inferre liceret, quod iam superiùs intulit, peccari in tali casu contra sextum non contra quartum Regulæ capi-

tulum

tulum; sed ad hoc iam superiùs in n. 27. abundantiùs respondimus; ex quo corruunt funditùs illationes ex his præmissis per Rozycium deductæ per duplicem allegati statuti falsificationem.

[Vmbr.] *Confirm.* Nicol. III. recipit in dominium Ecclesiæ omnia mobilia præsentia & futura, quorum vsum facti scil. ordini vel Fratribus ipsis licet habere: sed rerum quæ recipiuntur vt distrahantur &c. vsus facti est licitus fratribus: nam grano mendicato eo animo, vt vendatur, possum licitè vti, in ea quantitate, quæ mihi necessaria est, similiter equo, mihi vt vendatur oblato, possum aliquo tempore vti, pro necessario opere antequam vendatur. Ergo & istas recipit in Dominium Ecclesiæ.

Nec valet dicere cum P. Pelando; quod rebus mendicatis ad hoc, vt vendantur, solùm possumus vti secundùm suam speciem, & materialiter, non autem vt supplent vicem denariorum, seu receptis ad vendendum, & in denarios commutandum: quia sic sunt Pecunia. Non valet inquam: quia vt superiùs ex Corduba ostendies illæ, dum mendicantur, recipiuntur &c. & quamdiu sunt in manu Fratrum, non sunt Pecunia. Deinde vt idem *Corduba cap. 6. quæst. 2.* dicit dominium omnium rerum, quarum vsus Ordini Nostro in sua materia aliquo modo lici-

tus esse potest, ad Papam & Ecclesiam Romanam pertinet; quamuis sit illicitus ratione circumstantiæ, scil. ratione qualitatis; quantitatis, modi, finis, temporis &c. quam sententiam, *Politius in c. 6.* vocat probabilem. Vnde idem *Corduba c. 6. q. 3. f. 529.* expresse elicit ex *Nicol. III. loco cit.* Quod si res sunt modo pecuniario acceptæ idest eo animo vt vendantur, seu distrahantur, contractus venditionis, conuentio, seu æstimatio pretij, & dominij translatio fiat per Syndicum Papæ; & non per Fratres, vel alium à Fratribus interpositum. Ratio est, quia inquit, *cum res tali animo accepta sit verè pecunia non potest nisi per Syndicum, quando pertinet ad Papam, vel per Amicum Spiritualem, quando eius dominium pertinet ad alium, distrahi aut alienari: Quamuis possit per Fratres ipsos recipi, & transportari. Et in hoc omnes Doctores concordant & Statuta de his agentia de quo non est dubium.* Hæc corduba: videat nunc P. Pelandus, vtrum rectè P. Marchant. ex textu Nicol. III. supra cit. colligat, Personam idoneam ad vendendum granum &c. mendicatum à Fratribus, vt vendatur, esse Syndicos & Procuratores Papæ supposito quod sibi dominium non reseruauerint donatores: si hoc licuit Cordubæ tenenti taliter mendicata, vt vendantur, esse pecuniam: Loquens porro citatus Corduba de rebus non pecuniario modò receptis scil. non eo animo vt vendantur; sed principaliùs animo vtendi illis in vsibus Fratrum,

quæ

quæ postea factæ inutiles debent vendi; quærit vtrum necessario contractus venditionis debeat fieri per Syndicum, quando res pertinent ad Papam, vel per Amicum Spiritualem, quando pertinent ad alium: an verò possit fieri per ipsos Fratres personaliter? Et Resp. licere id Fratribus personaliter vendere, & contractum venditionis facere, & conuentionem seu æstimationem pretij de licentia Prelatorum, & Domini talis rei, secluso scandalo, idque multis probat.]

48. Comm. Iam ex dictis & sæpiùs probatis antecedenter constat euidentissimè, quomodo omnia, quæcumque recepta o animo vt vendantur, siue illis vti liceat, ue non, esse pecuniam; dum tali reciiuntur intuitu: Et ad Doctrinam Cordubæ oi primò contra responsionem Pelandi altam nu. 33. sufficientissimè respondimus: eterum neque Cordubæ, neque Politij os mouere in hoc debet authoritas, quia cundùm propriam vterque loquitur proffionem, vnde Corduba hic à Rozycio atus, allegat concessionem Martini IV. am prohibentur admittere Reformati; um verò Corduba ipse, prout à Rozy- citatus ex cap. 6. q. 3. ab ipso Rozycio itimè allegetur, iudicent alij.

[Vmbr.] *Probatur Tertiò*: Nicol. III. volens patenter distinguere res, quæ legantur, vt vendantur, à pecunia: pecuniam de rebus ipsis acceptam, à rebus distinguit, & legatum pecuniarium, à legato rei alicuius ad venditionē relicto: Ergo sicut legatum Domùs, vt vendatur, non est pecunia; quia à pecunia distinguitur; nec similiter granum, à Fratribus mendicatum, vt vendatur, reputari debet pecunia formaliter.

Respondet P. Pelandus neg. consequentiam. Quia ibi Pontifex; dum distinguit legatum pecuniarum, á legato domùs vel alterius rei ad vendendum relictæ, & pecuniam de rebus ipsis acceptam, ab ipsis rebus; ibi sumit nomen pecuniæ pro denarijs, non pro pecunia, quæ in Regula à denarijs distinguitur, vt clarissimè patet ex textu ipsius.

Sed contra Pecunia, quæ à denarijs in Regula Fratrum Minorum distinguitur; non est aliud per Pelandum, quàm res ad vendendum mendicata, vel recepta; sed quando Pontifex domum, vineam, &c. ad vendendum legatam distinguit à pecunia, & legatum pecuniarium, à legato rei alicuius ad vendendum relicto; hoc ipso negat, rem ad vendendum receptam seu mendicatam esse pecuniam in Regula Fratrum Minorum; vt patet: Ergo secundùm ipsum non datur Pecunia in regula Fratrum Minorum, quæ distinguatur à denarijs. Non enim potest assignari, quid illud sit secundùm P. Pelandum; si non

esset res ad vendendum mendicata seu recepta; Ergo nomen Pecuniæ debet in Regula Fratrum Minorum sumi pro Denarijs, sicut sumitur à prædicto Pontifice.

Dices, Pecuniæ nomine in Regula Fratrum Minorum debere intelligi, rem ad vendendum acceptam, seu mendicatam Fratrum authoritate; vnde clarum est, quod sicut, si Fratres legatum domùs, aut vineæ &c. acceptarent, vt propria authoritate eandem venderent, vel vendi facerent; hoc esset recipere pecuniam contra Regulam; quæ adhuc distingueretur à legato pecuniario, idest denariorum. Ita etiam granum mendicatum, vt vendatur, est verè pecunia, pro vt pecunia distinguitur à denarijs.

Sed contra Ex hoc confirmatur nostra superiùs adducta instantia, quòd scil. sicut, licèt possit legatum domùs, vineæ &c. vt vendatur, esse pecunia; si acceptetur, vt Fratrum authoritate vendatur, non est tamen de facto, quia, suppono, non acceptatur vt taliter vendatur. Ergo similiter dato non concesso, quòd granum mendicatum, vt vendatur modò non authoritate Fratrum, vt benè potest; (imo & debet semper, etiam si non esset pecunia) non erit pecuniæ receptio contra Regulam. Non potest quisquam sibi rationabiliter imaginari, quòd quando P. Marchant. asserit, non esse pecuniam res mendicatas, vt vendantur, intendit per hoc concedere Fratribus, vt id fiat auctoritate ipsorum: quia

se-

ſecundùm ipſum, ſi non contra hoc præceptum de non recipienda pecunia, adhuc peccarent contra præceptum de appropriatione.

Dixi dato non conceſſo; quia, vt dixi ſupra, Fratres mendicando res, vt venderentur eorum authoritate, potius neceſſe eſt, vt peccent contra præceptum c.6. de appropriatione, quàm contra hoc quartum de non recipienda pecunia.]

49. Comm. Reſpondeo, ferè cum Pelando; Pecuniam, vt ibi à Pontifice contra legatum vendibile diſtinguitur, accipi pro pretio rei vendibilis, ſiue pro pecunia numerata, quam ita nominat ad effugiendam circulationem in verbis, & vt clarior fieret eius expoſitio. Nec tamen in tota illa decretali apparet, quòd ex profeſſo diſtinguatur legatum Pecuniarium à Pecunia, vt malè allegatur à Rozycio; ſed nominatur *campus vinea &c.* ad pleniorem intelligentiam; pretium verò rei venditæ nominatur expreſsè *Pretium* vel *Pecunia* ideſt numerata pecunia; pecunia enim eſt vtrimque commune nomen, vt in ſuperioribus oſtendimus; et etiam quomodo generaliter, omnia vel mendicata, vel oblata recepta, vt vendantur, ſint *Pecunia*, & qualia dicantur,

tur, dum à dante donantur, vt authoritate sua per Personam ab ipso deputatam alienentur; iam toties repetita, probataque fuerunt, vt iam constet, hìc tantum verborum fieri repetitionem: distingue quæso Rozyci inter quartum, & sextum Regulæ capitulum, & intelliges, quomodo dicantur Fratres appropriare sibi aliquid, aut acceptare superflua; & quando dicantur ad Pecuniam recurrere, dum Pecuniam intendunt vel immediatè ad pecuniam numeratam, vel mediante re de qua primò & per se intenditur ipsa Pecunia numerata.

[Vmbr.] *Probatur quarto* Conclusio Principalis, Nicol. III. ar. *3.* agens de commutatione mobilium, quæ expedit commutari; vult, talium rerum commutationem fieri authoritate Ministrorum; Ergo tales res pecunia non sunt. Consequentia pat: Quia nullam authoritatem in pecuniaria dispositione ex Regula Ministri possunt habere.

Respondet P. Pelandus ex doctrina ipsius P. Marchant., in suo tractatu de institutione Syndicorum pag. mihi 752. Duplicem esse authoritatem, vnam iuridicam, cuius non est capax Frater Minor, alteram solum directiuam, & consultiuam; & de hac solùm loquitur Nicol.

III.

III. consequenter, inquit, *præmissa probatio nil valet ex doctrina ipsiusmet Marchant.*

Sed contra. Probatio hæc optimè valet ad hominem. Quod ostendo sic: Si res mobiles, quas expedit commutari, essent pecunia respectu Fratrum, ex eo quòd intendant illas in denarios conuertere, aut loco denariorum eis in pretium rerum emendarum, vel emptarum vti (vt vult P. Pelandus) sequeretur, quòd authoritas etiam consultiua & directiua esset prohibita Fratribus per Regulam, in commutatione, distractione &c. talium rerum. Sed hoc est absurdum, contra Declarationem Pontificis; Ergo &c. sequelam Probo: Consulens, dirigens rem aliquam, intendit illam; Ergo Frater Minor consulens, dirigens commutationem, venditionem aliquarum rerum mobilium, quas expedit commutari, vendi &c. intendit illa, venditionem &c. Consequenter conuersionem illarum rerum in denarios in pretium rerum emendarum, vel emptarum &c. Ergo res illæ commutandæ, vendendæ &c. erunt pecunia ex Regula prohibita respectu Fratris Minoris; Ergo auctoritas etiam directiua, & consultiua, erit prohibita Fratribus in commutatione, distractione &c. talium rerum.]

50. Comm. Quicquid dicant hìc Pelandus, & Marchantius; ipsis ex verbis Decretalis ego respondeo, ex §. *Quia vero*;

quo-

quoniam earum solummodò rerum, quæ ad vsum receptæ sunt à Fratribus, conceditur fieri cõmutationem authoritate Ministrorum: recipi verò expressè in ordine ad commutandum aut vendendum, expressè prohibuit; patet euidenter, non illas, sed istas esse pecuniam; vnde non valet prætensa consequentia, *illa non erant*, *aut non sunt pecunia*, ergo nec istæ: quod vt clariùs fiat, notanda sunt attentè verba Pontificis, non obiter citanda: dicit ergo ibi Pontifex tria; primò decreuerat, ne à Fratribus aliquid recipiatur cum intentione vendendi vel commutandi, nec talia recipit in Dominium Sedis Apostolicæ: hìc duo subiungit, primum est, quòd res ad vsum ordinis acceptæ, & Apostolicæ Sedi donatæ pro vsu Fratrum, commutare possint authoritate Ministrorum: secundum est, quòd si talia æstimato pretio commutari debent, vel alienari, hoc non fiat amplius authoritate Ministrorum, sed per Syndicum Apostolicum. Illa ergo tantùm authoritate Ministrorum commutari licet, quæ in vsu Fratrum, & dominium cesserunt Sedis Apostolicæ; & dummodò commutatio non fiat æsti-

mato

III. consequenter, inquit, *præmissa probatio nil valet ex doctrina ipsiusmet Marchant.*

Sed contra. Probatio hæc optimè valet ad hominem. Quod ostendo sic: Si res mobiles, quas expedit commutari, essent pecunia respectu Fratrum, ex eo quòd intendant illas in denarios conuertere, aut loco denariorum eis in pretium rerum emendarum, vel emptarum vti (vt vult P. Pelandus) sequeretur, quòd authoritas etiam consultiua & directiua esset prohibita Fratribus per Regulam, in commutatione, distractione, &c. talium rerum. Sed hoc est absurdum, contra Declarationem Pontificis; Ergo &c. sequelam Probo: Consulens, dirigens rem aliquam, intendit illam; Ergo Frater Minor consulens, dirigens commutationem, venditionem aliquarum rerum mobilium, quas expedit commutari, vendi &c. intendit illa, venditionem &c. Consequenter conuersionem illarum rerum in denarios in pretium rerum emendarum, vel emptarum, &c. Ergo res illæ commutandæ, vendendæ &c. erunt pecunia ex Regula prohibita respectu Fratris Minoris; Ergo auctoritas etiam directiua, & consultiua, erit prohibita Fratribus in commutatione, distractione &c. talium rerum.]

50. Comm. Quicquid dicant hìc Pelandus, & Marchantius; ipsis ex verbis Decretalis ego respondeo, ex §. *Quia vero*; quo-

quoniam earum folummodò rerum, quæ ad vſum receptæ ſunt à Fratribus, conceditur fieri cōmutationem authoritate Miniſtrorum: recipi verò expreſsè in ordine ad commutandum aut vendendum, expreſsè prohibuit; patet euidenter, non illas, ſed iſtas eſſe pecuniam; vnde non valet prætenſa conſequentia, *illæ non erant*, *aut non ſunt pecunia*, ergo nec iſtæ: quod vt clariùs fiat, notanda ſunt attentè verba Pontificis, non obiter citanda: dicit ergo ibi Pontifex tria; primò decreuerat, ne à Fratribus aliquid recipiatur cum intentione vendendi vel commutandi, nec talia recipit in Dominium Sedis Apoſtolicæ: hìc duo ſubiungit, primum eſt, quòd res ad vſum ordinis acceptæ, & Apoſtolicæ Sedi donatæ pro vſu Fratrum, commutare poſſint authoritate Miniſtrorum: ſecundum eſt, quòd ſi talia æſtimato pretio commutari debent, vel alienari, hoc non fiat amplius authoritate Miniſtrorum, ſed per Syndicum Apoſtolicum. Illa ergo tantùm authoritate Miniſtrorum commutari licet, quæ in vſu Fratrum, & dominium ceſſerunt Sedis Apoſtolicæ; & dummodò commutatio non fiat æſtimato

mato pærtio; ergo talia ſic commutanda nunquam induunt rationem pecuniæ, quia nunquam pecunia fuit à Fratribus intenta; & à receptis in ordine ad alienandum, omnino diſcrepare conuincitur.

Dices: quomodo fiet iſta conuerſio non æſtimato pretio? quia etiamſi Fratres pretium non intendant, alter tamen cum quo fiet commutatio niſi æſtimato prætio non commutabit? Reſpondeo cum Monza ex ipſa decretali: (fol. 510.) quòd commutatio illa committitur, vt fiat authoritate Miniſtrorum, non verò ab ipſis Miniſtris; debent ergo Fratres, vel poſſunt ex authoritate ſolius Miniſtri, etiam non requiſito Syndico (in quo tantùm conſiſtit conceſſio hæc Apoſtolica) aliquem fidelem, & deuotum conuenire, atque rogare, vt dignetur ex charitate talem commutationem, exequi pro Fratrum neceſſitate.

[Vmb.] *Probatur quinto*: Per hanc Regulæ prohibitionem, non tantùm prohibetur nobis poſſeſſio & proprietas illius rei, quæ eſt pecunia; ſed etiam vſus: Atqui rei, quam accipio vt vendam, V. G. domus &c. vſus non eſt mihi prohibitus: ergo non intelligitur nomine pecuniæ &c.

Reſpon-

Respondet P.Pelandus, distinguendo minorem; rei, quam accipio, vt vendam, v. g. domus, vsus non est mihi prohibitus, secundùm speciem suam vt domus est, scil. ad inhabitandum, concedit; Vsus non est mihi prohibitus, vt vtar loco denariorum, vel vt recipiam domum ad vendendum, & in denarios conuertendam, Negat: & similiter distinguit consequens. Non est pecunia, si sumatur primo modo, concedit; si sumatur secundo modo, negat, & exemplificat in denarijs, quorum vsus non est nobis prohibitus, vt sunt aurum, v. g. ad deaurandum calicem, sed tamen est prohibitus, vt denarius formaliter, idest ad necessaria emenda &c.]

52. **C**omm. Iam cum communi Expositorum, immo ex ipsa Decretali probauimus, illa non esse pecuniam, quæ licitum ad vsum Fratribus conceduntur; & vt talia transeunt in dominium Sedis Apostolicæ; illa verò verissimè sunt Pecunia, nec sic à Pontifice recipiuntur, quæ intentione primaria recipiuntur ad vendendum &c.

[Vmbr.] *Sed contra*: Domo licitum est vti Fratribus non solùm ad habitandum, sed etiam ad vendendum per idoneas personas, & in denarios conuertendum vt patet ex Decret. Pontif. præ-

ſertim Nicolai III. qui permittit abſque præiudicio Regulæ legata domorum, agrorum &c. acceptare Fratribus vt vendantur per Perſonas idoneas, & pecunia de rebus ipſis accepta, in Fratrum neceſſitates conuertatur; Ergo etiam ſic ſumpta domus, &c. non eſt pecunia.]

53. Comm. Nugationes ſunt iſtæ ſæpiùs repetitæ. Sæpius probatum eſt ipſa è Decretali, quòd nullo modo legata Fratribus conceduntur ad vendendum; ſed vendi debent authoritate Hæredis, Iudicis &c. & in fratrum neceſſitates expendi.

[Vmb. *Prob. Sexto.* Ex vi regulæ poſſumus ſepè non nulla facere vt vendantur, vel diſtrahantur. Ergo nomine pecũniæ non intelliguntur: Anteced. Probatur. Licet Fratri Minori, pictoriæ vel ſcriptoriæ artis perito, pingere imagines, ſcribere libros, ea intentione, vt imagines, & libri per perſonas ad hoc idoneas vendantur, & diſtrahantur, vt pretium laboris in neceſſaria Fratribus applicetur. Ergo imagines pictæ, & libri ſcripti ea intentione, quòd vendantur vel diſtrahantur; pecunia, dici non poſſunt. Antec. patet. Quia licet Fratri ſcriptori, vel Pictori & intendere & recipere pretium laboris, modò pecuniam non recipiat. Ergo licèt intendere vt vendantur, & neceſſaria illi ſubminiſtrentur.

Reſ-

Respondet P. Pelandus primò Neg. Anteced. *Nam Statuta Generalia Ordinis prohibent res venales facere, hoc enim repugnare videtur tam Religioso statui, quam Minoriticæ Paupertati. Et ideo in Clem. Exiui § licèt verò, declaratur hoc repugnare Regulæ, & Ordinis Paupertati, & recipere pretium rerum, ad naturam & Formam prouentuum appropinquat*. Secundò inquit Anteced. repugnare doctrinæ P. Marchant, quia *in cap. 6. Reg. dub. 3. tex. 4. docet non licere Fratribus procurare materias, V. G. corium, membranam &c. mediante pecunia, vt in illis operentur, & postea per Syndicum aut alios, æstimato pretio vendantur; contra puritatem vitæ Fratrum Minorum. Non possunt autem Fratres imagines, libros de nihilo facere. Dixi per se & ex natura emptionis, quia potest quis curare emi materiam, non nomine suo, nec in suam vtilitatem, sed in eius pro quo in re operatur*. Tertiò permisso Anteced. Negat consequentiam *Quia* (inquit) *non solum res artificiales, quæ fiunt à Fratribus vt vendantur, & in denarios conuertantur, vel loco denariorum deseruiant, sunt verè pecunia, sed etiam res, quæ sunt in vsu Fratrum, licèt non ad venditionem, sed ad vsum receptæ; si vendantur & in denarios conuertantur, aut loco denariorum operarijs vel mercatoribus dantur in pretium, verè sunt pecunia*. Et ad hoc adducit prohibitionem B. Patris Capistrani in suis Constitutionibus c. 6. dicentis: *Caueant insuper Fratres, nè panem vel vinum, vel alia mendicata siue oblata pro vsu Fratrum*

distrahant, aut vendant, vel vendi faciant siue pro alia re permutent, vel pro satisfactione fienda cuiquam tradant; sed per alios licitos modos satisfieri procurent illis, quibus fuerit satisfactio rependenda. Item ex Iulio II. in Statutis cap. 4. vbi clarè dicitur, quod talia facere, vel tali nomine recipere vel retinere sit pecuniam recipere, & habere. Quartò ad res venales redeundo P. Pelandus, sic ratiocinatur: *Fratres arte pollentes, vt Pictores, Scriptores &c. vel laborant in materia aliena, vel in materia ab ipsis procurata & recepta, vt per eorum artem alteratam vendant, vel vendi faciant. Si primo modo? tunc licitè, & ex Regula de mercede laboris corporis necessaria recipere possunt. Si secundo modo? tunc dicit, talem materiam esse verè pecuniam contra Regulam, etiam si illa materia esset recepta pro mercede sui laboris, & multò magis pecunia esset, si reciperetur cum intentione vendendi, vel distrahendi absque vlla alteratione. Et sic patet (ait) non valere consequentiam.*

Sed contra Statuta Generalia cit. solum prohibent res venales facere quando id repugnaret statui Religioso, & Paupertati Minoriticæ (quod sine dubio tunc esset, si venditio fieret per ipsos Fratres immediatè, aut ipsorum authoritate; secus est si fiat per Syndicum Apostolicum) quod prob. quantum ad primum. Quia eadem statuta Generalia apud Sanctor. *in cap. 4. f. 283. ad finem de eleemosinis* sic disponunt. *De eleemosinis nil vendi, nil emi, aut disponi sine Syndico Apostolico*

lico possit. Hoc enim ius ostendit. Ergo statuta supponunt quòd mediante Syndico emi, & vendi possint: præsertim si nullum in his prætendatur ius. Clementina quoque citata non loquitur de rebus, quæ recipiuntur aliquando, vt mediante venditione, vel commutatione eorum, prouideretur necessitati Fratrum; sed de hortis, vineis &c. quæ colerentur à Fratribus, vt olera & alia hortalitia ex ipsis, pretio distrahantur. Patet autem quòd licèt hoc secundum repugnet paupertati, & accedat ad naturam prouentuum; non tamen primum. Adde quod statuta Generalia, & Clement. citata, prohibent res aliquas vendi vel distrahi, non titulo receptionis pecuniæ, sed titulo paupertatis non violandæ; Consequenter falsum est, quod rem aliquam tenere, vel recipere, ad vendendum, sit tenere vel recipere pecuniam, sed potiùs erit violatio paupertatis; si hoc fiat sine necessitate præsenti vel imminenti vel authoritate Fratrum.

Ad illud, Quod adducit ex doctrina P. Marchant. patet clarè, ipsum, dum negat procurare tales res mediante emptione, loqui de emptione propriè sumpta, quæ fieret nomine Fratrum. Quamuis autem non liceret nomine proprio, & in vtilitatem ipsorummet, potest tamen licere, non nomine suo, nec in vtilitatem suam, sed in vtilitatem eius, pro quo in re laboratur, vt in vlteriori contextu P. Marchant. affirmat. Similiter potest licere procurare illas, mediante men-

dicatione, vel recipiendo pro mercede laboris; & sic Fratres non ex nihilo facient libros, &c. Sed ex materijs sic procuratis. Ergo falsum est, quod anteced. repugnet doctrinæ P. Marchant.

Quo ad secundum Dum permisso Antecedenti, negat Conseq. Probo illam sic. Ex vi Regulæ non possumus retinere, recipere, vel habere pecuniam, ipsaque vti: Ergo supposito quòd anteced. sit verum (vt permittit Pelandus) scil. nos posse ex vi Regulæ sepiùs nonnulla facere vt vendantur, distrahantur; manifestè sequitur, hæc nomine pecuniæ non intelligi in Regula.

Ad Authoritatem ex B. Ioanne Capistrano, dico, Quòd, licèt hic Beatus, prohibeat in suis Constitutionibus emptionem & venditionem, Cōmutationem rerum mendicatarum, vel oblatarum pro vsu Fratrum; non tamen dicit, quòd sint pecunia. Ergo nihil sequitur ex hac authoritate contra nos. Alio itaque titulo prohibet iste Sanctus præfata: illo scilicet, quem Ioann. de Fano discursu de pecunia facto, insinuat dicens: *Vendere est probibitum Fratribus, quia denotat proprietatem*, & quo prohibent similia fieri statuta Generalia supra citat. videlicet sine Syndico Apostolico, & cum prætensione Iuris; vel potiùs loquitur de emptione, venditione &c. iuridica solemni cum obligatione ciuili.]

54. Comm. Quam distorta sit, & à Pro-

fessione Minoritica hæc Rozycij argumentatio, patet ex ipso Regulæ contextu; c. 5. *De mercede verò laboris pro se, & suis Fratribus corporis necessaria recipiant, præter denarios vel pecuniam*, & tamen huius vigore argumenti, patet iam nos fieri mercatores, mediantibus Personis idoneis. Nego itaque absolutè antecedens: Ad replicam in contrarium, dico, statutum illud quod ibi citatur, in concessione Martini IV. & V. fundatum, in consequentiam deduci non posse, vbi de maioribus Reformationis rigoribus agitur. Clementina verò *Exini* ibidem falsò allegatur; quia tales venditiones absolutè reijcit, & ad declarationem *Exÿt*, se remittit, quam expresè approbat, & mandat obseruari. Cætera, quæ ibi coaceruantur, sæpius iam repetita, ac euidentiùs improbata, procedunt, vel ex concessionibus Martinianis, vel irregulariter supponendo pro infallibili fundamento, quod principaliter controuertitur, & vt omnino improbabile reijcitur.

[Vmbr.] Ad authoritatem ex Iulij Secundi Statutis Dico, iuxta *Decretum Vrbani VIII. Dat. Romæ ad S. Mariam Maiorem 1. Octobr. 1625.*

Nos potiùs debere declarationibus Nicol. III. & Clem. V. quàm Iulij II. Ergo cum ſit conformiùs declarationibus horum Pontificum, res, quæ procurantur, recipiuntur &c. vt vendantur diſtrahantur &c. non eſſe pecuniam in Regula prohibitam, ſic tenendum eſt, non obſtante prædicta Iulij II. authoritate; quod autem ſit conformiùs patet ex dictis, & infra dicendis.]

55. Comm. O quàm ex capite ſuo (veniam rogo; ſic cogor dicere) conſtitutiones Apoſtolicas interpretatur Rozycius, vt contra Reformationis profeſſionem argumentetur. Quale ſit eius argumentum, videat Lector: Iulius Papa II. in Statutis pro noſtris PP. Conuentualibus editis aliquid eorum pro laxiori vita conceſſit; aliqua ad Regulæ puritatem explicauit: Vrbanus VIII. in Bulla *Sacroſanctum* 1625. ne conceſſiones illæ quoquo modo relaxatiuæ in Obſeruantes irreperent, expreſsè prohibuit; ergo reuocauit, quæ concernunt puriorem Regulę obſeruantiam? Quæ conſequentia eſt iſta? Conſiderentur, antequam condemnentur Apoſtolicæ Conſtitutiones. Omnium denique conſenſu magis ad mentem S. Franciſci ſunt expoſitio-

tiones decretales Nicol. III. & Clem. V. & ideo apud Reformatos cum obligatione receptæ; quod autem in iſtis dicatur, res ad vendendum mendicatas non eſſe pecuniam, nuſquam in illis apparet; vt ad nauſeam vſque iam probauimus.

[Vmbr.] *Ad tertium* tandem dico ſatis patere ex dictis, falſum eſſe, quòd res accepta eo animo vt vendatur, ſit pecunia in Regula Fratrum Minorum prohibita. Siue igitur Fratres laborent in materia aliena, ſiue in materia ab ipſis procurata, & recepta, vt per eorum artem alterata, vendatur per perſonas idoneas, & pretium in eorum neceſſitatem conuertatur, non debent dici recipere pecuniam contra Regulam: Imo dato, non conceſſo, quòd eiuſmodi res eſſent pecunia verè, non tamen vt recipiuntur à Fratribus & quamdiu ſunt in manibus eorum, ſecundùm Cordubam, ad quem ſe remittit P. Pelandus, conſequenter Fratres recipiendo illas, non reciperent pecuniam contra Regulam. Vnde idem Corduba cap. 5. q. 3. punct. 2. ad finem docet poſſe Fratres laborare in quacunq; materia, dummodo ipſi Fratres non prætendant in ea aliquam proprietatem, aut ius; & proprietas talis materiæ acquiſitæ per Fratres pertinet ad Papam, ſicut & aliæ res, quibus Fratres vtuntur, quando dantes non reſeruarunt ſibi

dominium, vt infra cap. 6. q. 2. habetur, & possunt vendere talia per Syndicum, sicut & aliæ res pertinentes ad dominium Papæ, de earum pretio suis necessitatibus prouidere possunt, sicut de pretio, aut pecunia data pro rebus venditis, pertinentibus ad Papam, & non aliter. Et infra punct. 3. §. Patet tertiò. Postquam determinauit, contra Regulam facere illos Fratres, qui faciunt sportas, horologia &c. vt pro ipsis accipiant pecuniam, seu vt vendant ea; Addit, quod intellige nisi accipiant, vt vendant ea, eo modo, quo pecunia potest acceptari, aut quo modo res aliæ possunt per Syndicum vendi. vt dictum est, fiat receptio, aut venditio, certè licitum est ex vi Regulæ scribere libros, & facere horologia, & alia mechanica.

Dico *ex vi Regulæ* quia aliunde potest esse illicitum, vtpote quia cariùs iustò venduntur, aut quia cum scandalo, aut distractione, aut cum alia quauis circumstantia vitiante, quæ omnia cauenda sunt; bonum enim est ex integra causa. Et secundum hoc limita, & intellige quod habetur in Serena Conscientia q. 71. vbi secundum Aluarum & Barthol. Pisanum, damnat absolutè Fratres recipientes pecuniam, pro mercede laboris, qui scribunt libros ad vendendum, quia debet intelligi, vt dictum est.]

56. Comm. Totum hoc in nugatione consistit, & supponendo Martinianas con-

cessiones in Obseruantia strictiori non admissas. Vnde in Statutis Reform. c. 5. n. 4. prohibentur Fratres manualia facere, non modò vt vendantur, sed nec vt gratis donentur; & ibidem num. 5. eos pæna proprietarij puniri iubet, qui materiam ad opus necessariam vel emi, vel mendicari procurant; eo modo, quo in c. 4. n. 10. eisdem pænis subiecerant eos, qui res ad quoquomodo distrahendum emendicant; quia (inquit) *hoc est recipere pecuniam*. Quomodo cum his concordant tot è directò his aduersantia, quæ ad faciendum vim in verbis, coaceruantur à Rozycio?

57. Infallibile suppositum est apud Reformatos, ex decretalibus *Exijt*, *et Exiui* non licere nobis vel mendicare, vel recipere, nisi licita nobis quo ad vsum, & necessaria; nullo verò modo etiam de licitis superflua, vel pretiosa per excessum vel vt distrahantur; ex hoc indubitabili fundamento deducat, si potest author Vmbræ suas Vmbratiles atque chimericas consequentias. Certè sicut Cordubam, Siguenzam, & alios se ligisse, ostendit, vbi eos sibi fauere credidit, ita sine passione Cor-

du-

dubam ipſum ad cap. 5. q. 3. Siguenz. eodem cap. 5. Patti ſimiliter art. 2. & Monza fol. 410. & alios ſi obſeruare voluiſſet, ipſo Rozycio iudice, tot doctrinas, vel illationes, vel probationes non coaceruaſſet, ſepiùſque repetiuiſſet, quæ ab illis tanta cum euidentia condemnantur: nec vllo modo iuuat explicatio, vel limitatio illa, quam contra textum literalem voluit Serenæ Conſcientiæ opponere.

[Vmbra] *Dices.* Ergo licebit Fratri Minori quaſcunque res facere, ea intentione vt vendantur, vel diſtrahantur &c. Reſp. Neg. Conſequentiam. Et ſi enim huiuſmodi res, pecunia non ſint; ex alio tamen capite talium rerum receptio, conquiſitio illicita eſſe poteſt, ſicut & venditio, & commutatio. Hoc ſpecialiter notarunt 4 Magiſtri cum Hugone in hoc cap. vbi poſtquam retulerunt opinionem eorum, qui dicunt nomine Pecuniæ, prohiberi receptionem rerum ad vendendum, commutandum &c. *Iſti* (inquiunt) *capita Regulæ non diſtinguunt, nec prohibitiones; conſtat enim quod in ſequenti capitulo omnis rei proprietas interdicitur, ſed non vſus. Qualiter verò hæc receptio intentione vendendi, & commutandi ſit licita, vel illicita dicitur in Expoſitione cap. 6.*

In

In hoc P. Pelandus Obycit P. Marchant quòd textum 4. Magistrorum, & Hugonis mutilatum adducat omittendo particulam valde notabilem, scil. *ad thesaurizandum*, ratione cuius (inquit) 4. *Magistri, & Hugo corrigunt illam opinionem dicentes, quod non distinguant Capitula Regulæ. Nam* 4. *Magistri quando referunt opinionem illorum, qui dicunt nomine pecuniæ, probiberi receptionem rerum ad vendendum, commutandum, vel thesaurizandum, postea addunt, & isti Capitula Regulæ non distinguunt, constat enim &c.* Hoc prænotato.

Respondet. Quod si bene perpendatur textus 4. *Magistrorum & Hugonis non videtur eos his verbis docere, quod ea, que recipiuntur ad vendendum, vel commutandum cum æstimatione pretij non sint pecunia; sed solùm quod nomine pecuniæ in Regula non sumatur ita amplè & largè, vt includat etiam omnes res, quæ recipiuntur ad thesaurizandum, ad donandum liberaliter &c. Nam hæc non prohibentur in cap.* 4. *Regulæ quia non supplent vicem denariorum, & consequenter non sunt pecunia, sed benè prohibentur cap* 6. *ibi. Fratres nil sibi approprient; quia in talium receptione est, vel potest esse proprietas*. Sed

Contra Potius P. Pelandus mutilatum textum 4. Magistrorum adducit, omittit enim ipse particulam, ex qua clarè intelligi potest mens 4. Magistr. qui referendo opiniones eorum, qui dicunt nomine pecuniæ prohiberi receptionem

rerum ad vendendum, commutandum & thesaurizandum (dicunt) *quia in omnibus istis rei possessio vel proprietas declaratur, postea addunt isti non distinguunt Capitula Regulæ; vbi diligenter notanda est* illa ratio, & particula *ly quia in omnibus istis possessio, & proprietas declaratur*: Æquè enim concludit, tam de rebus ad thesaurizationem, quàm ad venditionem, & commutationem acceptis, quod sint, vel non sint pecunia: cum in omnibus æquè declaretur, vel declarari possit possessio, & proprietas; Ergo non solum corrigunt illam opinionem, quo ad res receptas ad thezaurizandum, sed etiam, quo ad res receptas, quo ad vendendum, & commutandum; Consequenter supponunt, quod receptio rerum, non solum ad thesaurizandum sed etiam ad vendendum, commutandum non prohibetur in hoc cap. 4. sed in 6.]

58. Comm. Achilem hunc suum, vt putat, ad hanc sextam, & vltimam sui asserti probationem reseruauit, vt protestatus est in operis principio; dicens, à quatuor Magistris vt antiquissimis, atque peritissimis illam damnari sententiam quæ denarios à pecunia distinguens, Pecuniam intelligit pro re ad vendendum recepta; pro vt Pecunia ipsa in 4. Regulæ capite prohibetur: atque pro maiori securitate dicit Magistrorum

rum

rum textum afferri à Pelando truncatum, quod Marchantio Pelandus ipſe obiecerat. Vt ergo tergiuerſationi huiuſmodi omnis aditus excludatur, integrum Magiſtrorum textum, & non per partes à principio in finem vſque reſcribo.

[*Præcipio firmiter Fratribus vniuerſis vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant &c.* Hæc eſt quæſtio neceſſaria. Quid dicatur pecunia. Nam conſtat, quòd pecuniâ dicit aliud quàm denarius. Quid etiam ſit recipere per ſe vel per interpoſitam perſonam. Ad primam per interprætationem dicit conſtitutio antiqua, pecuniam eſſe quicquid recipitur vt vendatur, vnde libri, & calices, ſi reciperentur intentione vt authoritate Fratrum poſtmodum venderentur, inter pecuniam computantur: quæ intentio denariorum eſt in ſic recipiente: quia quod venditur, denarijs venditur. Sed cum in præſenti capitulo prohibeatur receptio rerum, quarum Fratres non poſſunt habere vſum (viſum aliquibus eſt) genera aliquarum rerum tangi per denarios, & pecuniam. Præterea viſum fuit aliquibus denarios conſtitui in pecuniam numeratam, Pecuniam verò dici omnem illam rem, qua ſolent vtì homines cum opportunum eſt ad pretium rerum emendarum: vt aurum, & argentum: aut ſi quid tale ſit, quo pro denarijs ad pretium re-

rum

rum emendarum homines vtantur. Aliquibus verò visum est;in prohibitione receptionis pecuniæ omnis rei receptionem prohiberi, quod ad vsum necessarium non recipitur; Alioquin videtur quòd possumus recipere non intentione vendendi pannum, vestes, blandum, gemmas, & tempore necessitatis non vendere, sed pro alijs rebus vt libris, & victualibus commutare. Prohiberi ergo videtur receptio rerum ad vendendum commutandum, & thesaurizandum, quia in omnibus istis rei possessio vel proprietas declaratur. Isti vero capitula Regulæ non distinguunt, nec prohibitiones: constat enim quòd in sequenti capitulo omnis rei proprietas interdicitur sed non vsus: In presenti verò capitulo quarundam rerum, quæ nomine denariorum designantur, omnino vsus, & proprietas prohibetur, sed secundùm iura *Pecunia* est, quicquid appretiatur numerata pecunia vt aliquid ematur. Nam propriè quod emitur pretio emitur numeratæ pecuniæ; sed si species alicuius rei pro specie alterius rei datur, commutatio est, non emptio; Si verò taxetur vel æstimetur pro numerata pecnnia vel pro alia re detur,emptio est, quæ propriè non contrahitur nisi Pecunia mediante. Videtur ergo hìc prohiberi receptio denariorum, & quarumlibet rerum, quæ reciperentur ad pretium rerum vendendarum. Quid sit recipere pecuniam quæritur. Nam quædam res recipiuntur in proprietatem, & non

in

in vſum ; quædam in vſum , & non in proprietatem. Dicendum ergo, quod receptio cuiuſlibet rei prohibetur Fratri Minori in proprietatem infr. c.6. Receptio verò rerum aliquarum, conceditur ad vſum. Receptio autem denariorum, & pecuniarum, & quantum ad proprietatem, & quantum ad vſum prohibetur omnino & per ſe, & per interpoſitam perſonam.]

59. Ponunt ergo quatuor Magiſtri expoſitionis ſuæ tale fundamentum: *Conſtat, quod pecunia dicit aliud quàm denarius*, quid clariùs eſſe poteſt contra Rozycium? Deinde quinque opiniones hac in materia, quoquo modo diuerſas referunt; quarum quinta eſt hæc, *Quia rem poſſumus recipere non animo vendendi, vt pannum, veſtes &c. & tempore neceſſitatis non vendere, ſed pro aliјs rebus commutare; prohiberi videtur receptio rerum ad vendendum, & commutandum, & theſaurizandum; quia omnibus iſtis poſſeſſio, vel proprietas declaratur.*

60. Hanc quintam opinionem refellunt Magiſtri dicentes (*iſti verò Capitula Regulæ non diſtinguunt, nec prohibitiones; conſtat enim, quod in ſequenti capitulo (ſcil. ſexto) vnius rei proprietas interdicitur, ſed*

non

non vsus. Quintam ergo illam refellunt opinionem, quæ proprietatis, & vsus prohibitionem in vnum confundebat; quæ ad diuersa præcepta pertinere cognoſcuntur; hæc autem confuſio conſurgit ex illo verbo (*& ad theſaurizandum*) quod in hac quinta opinione adiungitur; quod manifestè attinet ad proprietatem, quæ in ſexto Regulæ capitulo interdicitur. Et ſic optimè obiecit Pelandus afferri à Marchantio truncatum textum Magiſtrorum per ablationem illius verbi, *Ad theſaurizandum*; in quo fundatur oppoſitio tota Magiſtrorum: Nec obiectio iſta Pelandi euacuatur per replicam Rozycij, dicentis, ab ipſo Pelando truncatum adduci textum, eò quod illa verba omiſit; *quia in omnibus iſtis rei proprietas, & poſſeſſio declaratur*: quia proprietas, & poſſeſſio in ſenſu præciſo theſaurirationem, non venditionem, aut commutationem afficiunt, quæ aliam à proprietate malitiam non habet; venditio verò, & commutatio, & ſi à proprietate, vel poſſeſſione ſeparari non poſſint; & qua tales ad ſextum Regulæ capitulum attineant; tamen aliam ſpecialem malitiam induunt, nem-

nempe pecuniæ, cuius etiam vſus nobis interdicitur; & iuxta hoc ad quartum Regulæ capitulum attinere non dubitatur; quia, vt dicunt in ſequentibus Magiſtri, venditio, & commutatio æſtimato pretio appretiantur numerata pecunia, & ſecundùm iura *Pecunia* dicuntur, & nobis per Regulam cap. 4. & per decretales *Exÿt*, & *Exiui* ſpecificè prohibentur. Vnde concludunt ijdem Magiſtri ſuam opinionem. *Dicendum ergo, quod receptio cuiuslibet rei prohibetur Fratri Minori in proprietatem infra cap. 6.; receptio verò rerum aliquarum conceditur ad vſum; receptio verò denariorum, & pecuniarum, & quantum ad proprietatem, & quantum ad vſum prohibetur omnino & per ſe, & per interpoſitam perſonam.* Ecce literaliter adducta Magiſtrorum opinio, quæ denarium à pecunia in hoc capitulo expreſsè diſtinguit; neque conſtitutionem antiquam, vt dixems in Vmbræ principio condemnat, ſed approbat; & Vmbræ tuæ tenebras omni claritate dilucidat.

[Vmbra] Dices, qui recipit rem ad venden-

dum; intendit pecuniam; quod enim venditur, pecunia venditur, ita loquitur Serena Conſcientia. Ergo &c. Reſp. Neg. anteced. non eſt enim neceſſarium, quòd intendat pecuniam, quia poteſt intendere rem in ſua ſpecie. Reſp. ſecundò, ſi intendat pecuniam, quamuis daremus eum, qui accipit aliquid, vt inde pecuniam habeat, peccare contra prohibitionem, de non recipiendo pecuniam, intendendo nimirum, quod ſibi illicitum eſt; hinc tamen malè inferretur, quòd res illa, ex cuius venditione intenduntur pecuniæ, ſit pecunia; ſicut, qui furatur, vt fornicetur, verè peccat contra præceptum de non fornicando; hinc tamen non poteſt inferri, quod illud furtum ſit fornicatio vera, quæ intenditur.]

61. Comm. Non tantùm ex priuata intentione recipientis equum, vt vendatur; ſed ſecundùm iura communiter, vt dicunt quatuor Magiſtri, & alij Iuriſtæ omnes; Equus ille dicitur pecunia, quia in æſtimatione ſupplet vicem pecuniæ numeratæ, & accipitur pro pecunia; ideò non currit paritas; de furante cum intentione fornicandi; quia hoc dependet tantùm à priuata intentione fornicationis.

(Vm-

[Vmbra] Dixi quamuis daremus &c. Quia inter Doctores controuersia est, vtrum voluntas habendi pecuniam in Fratre Minore, quam exequi intenderet comparando pecunias, licèt aliqua intercedente mutatione id non exequatur, sit peccatum mortale? Alijs affirmantibus. eò quod voluntas pro facto reputetur, saltem apud Deum; Alijs negantibus; Quia præcepta humana non possunt versari circa actus voluntatis merè internos, vel præcipiendos, vel prohibendos; sed præceptum de non recipienda pecunia est humanum? Ergo non potest versari circa actum merè internum: At qui actus hìc in proposito est merè internus, non coniunctus cum reali receptione pecuniæ, vt suppono. Ergo.

Dices cum Ponzanello: Intentio in multis operatur quoad substantiam, vt habeat esse, vel non esse, vt de cognatione spirituali, quam non contrahi sine intentione illam contrahendi, docet *Sanchez de Matrim. lib.7. disp.58. num.4. & alij apud Barbos, axiom.128. num.5.* Idem in conficiendis Sacramentis communiter docent omnes: Ergo etiam in proposito, intentio recipientis aliquam rem ad vendendum, seù vt per eam acquirantur denarij, seù pecunia numerata, facit eam esse pecuniam prohibitam in Regula, quæ res absque tali intentione non erat. Respon. neg. Consequen. & exemplum est in contrarium: quamuis enim defectu intentionis,

cognatio ſpiritualis,& Sacramenta non ponantur : Falſum tamen eſt, quod poſita ſola intentione, & non adhibita materia,& forma debita, ponantur. Item ſicut etiam ſi intentio formetur à non habente authoritatem, ſeù iuriſdictionem, vt in conficiendo *S*acramento Euchariſtiæ &c. nihil operatur : *S*ic in propoſito licèt aliquis recipiat rem intentione vendendi eam, & per eam denarios acquirendi ; ſi tamen res accepta in ſe non ſit pecunia, eò quod careat quantitate æſtimationis publicæ in ratione pretij ad res emendas, quæ eſt vltima forma pecuniam conſtituens (vt dicetur in probatione Concluſ. tertiæ) non recipit pecuniam. Item intentio Fratris Minoris non eſt intentio habentis iuriſdictionem conficiendi pecuniam, vt dicetur ibidem ; conſequenter inſtantia nil valet]

62. Comm. Eodem modo, eademque facilitate hìc euaneſcit Vmbræ repetitio, ſiue duplicatio ; quod equus ille in ordine ad vendēdum acceptus ſit pecunia,non ex priuata intentione ſic recipientis præcisè dependet ; ſed quia ſecundùm iura, & Doctores definitum eſt, vt equus ad vendendum acceptus ſit, dicaturque pecunia, vnde Minorita, qui equum cum tali intentione recepit etiamſi poſtea non vendat

iam

iam physicè, & in actu exteriori pecuniam accepit; quod non currit vniformiter in cæteris, quæ ab operantis intentione præcisè dependent: quantitas autem æstimationis publicæ in ratione pretij non affigitur pecuniæ vt sic in genere, sed pecuniæ cusæ, id est monetæ, vel denario; & ad huius proportionem æstimatur equus vendibilis pretio inter contrahentes concordato.

Conclusio II.

[Vmbra] *Quod datur loco nummorum, pecunia dici non potest, v. g. do latomo ædificanti mihi domum, granum in mercedem etiam æstimato pretio; do operario cibum &c. pro suo labore; nec granum, nec cibus pecunia dici possunt in Regula Fratrum Minorum.* Probatur. Per Regulam nullo modo liceret pecuniam recipere: Ergo quod in pretium laboris datur, pecunia dici non potest. Consequen. Probatur. Ex mente S. Patris Francisci., licet Fratri Minori granum recipere in mercedem laboris, siue pretium; Ergo granum, cibus &c. non sunt pecunia; Conseq. probatur, quia granum, cibus &c. dantur licitè loco nummorum, & denariorum Fratribus, qui tamen pecunia dici non possunt.

Respondet P. Pelandus per hæc probari solùm,

quod granum, vestis &c. data Fratribus pro labore non sint pecunia respectu Fratrum, quod omnes concedunt, non tamen quòd granum &c. quæ æstimato pretio dantur operarijs à Fratribus Minoribus loco denariorum non sint pecunia. Sed.

Contra Non est maior ratio, cur merces habeat rationem pecuniæ, cum datur, quàm cum accipitur; Ergo si granum acceptum pro mercede à Fratribus non habet rationem pecuniæ, nec quando datur, habebit.

Dices fortè cum P. Pelando, quando hæc accipiuntur à Fratribus pro laboris pretio, non æstimantur à Fratribus, nec appretiantur loco denariorum licèt sic æstimarentur à dantibus; consequenter licèt respectu dantium sit pecunia, non tamen respectu Fratrum.

Contra Quamuis per huiusmodi æstimationem factam à Fratribus respectiuè ad denarios, quos promeretur operarius, statuatur granum &c. in ratione iustæ mercedis pecuniariæ, sicut nec per æstimationem dantis Fratribus pro labore; vt dixi suprà, non potest res aliqua haberi pro pecunia, quæ non sit moneta, nisi statuto publico, vel consuetudine æquiualente eius vsus sit tanquam pretij in emptionibus; Ita non obstante illa æstimatione, granum, oleum &c. data à Fratribus loco mercedis operarijs, non sunt pecunia.

Confirmatur Possunt Fratres alteri dare pro

mer-

mercede laboris, quod ipsimet pro pretio laboris possunt recipere: Sed possunt pro mercede laboris granum accipere, ergo etiam alteri dare. Hinc Corduba supracitatus in 6.c.Reg.q.3. docet, licitum esse per Regulam, quod Fratres faciant conuentionem, seù æstimationem pretij, deducens id ex Nicol III. si.

Dicas Per rem, quæ datur pro alia, sit eadem actio, quæ per pecuniam, scil. emptio: præsertim si in re, quæ datur, habeatur ratio æqualitatis cum pecunia illa, v. g. is, qui emit librum à Bibliopola vno Imperiali, cuius loco dat Bibliopolæ tantùm frumenti, quantum sufficit ad Imperialem, is efficit frumento, quod pecunia efficeret: ergo frumentum est pecunia. Resp. neg. consequen., quia ex effectibus similibus malè concluditur, causas esse eiusdem rationis, non licet inferre: Ignis calefacit, & similiter Sol: ergo ignis est Sol, vel Sol ignis: ita in proposito. Qualiter liceat Fratribus, vel non liceat emere alibi explicatur.]

63. Comm. Vbi ex literæ contextu patet de mente Legislatoris, vt quid ad eam explicandam, siue potiùs detorquendam fingimus sophismata? Dicit Pater Seraphicus in cap.5. Regulæ: *De mercede laboris corporis necessaria* granum, panem, libros &c. *recipiant.* dic quæso Sancte Pater,

libros iſtos, panem &c. corpori neceſſaria poſſumus ne recipere mediante negotiationis commercio, ſcilicet aliquid accipiendo, vt vendatur, aut æſtimato pretio commutetur ad habendum neceſſaria? *Nequaquam*, inquit, Sanctus Pater; *neceſſaria recipiant prater denarios*, ideſt monetam cuſam, vel *Pecuniam*, hoc eſt illa, quæ æſtimato pretio inter ſæculares emuntur, venduntur, & commutantur; quia Minoritæ debent ad apices Euangelicos ab omni negotij ſollicitudine, vel apparentia eſſe alieni. Idem confirmatur à Nicolao III. & Clemente V. illa tantùm Fratres recipiant, quibus vti licitè poſſunt, ſed nullo modo ad diſtrahendum æſtimato pretio. Vlteriùs laboris pretium recipere nullo modo poſſumus ex obligationis titulo, ſed tantùm vt cætera nobis oblata, quia ius nullum acquirimus; vt docent Corduba, Patti, Siguenza, Monza, & alij ſuper cap. 5. Regulæ vniformiter; ergo quamuis à donante pro laboritio, iuſto pretio taxetur id, quod donatur; nunquam tamen æſtimato pretio recipiatur à Fratribus, qui ex mera charitate, & non niſi ad vtendum illud accipiunt. Vnicum hìc profero

fero Siguentiam, qui ad cap.4.text.1. §.6. docet expreſsè, illud nullo modo eſſe pecuniam, quod licitè ad licitos vſus accipitur, etiamſi poſtea, vel quia inutile, vel quia ſuperfluum abſque æſtimato pretio de licentia Miniſtrorum alienetur; & tale poteſt donari tali modo operarijs in mercedem laboris; dummodo, vt dixi, nec tacitè, nec expreſsè fiat taxatio pretij; quæ ſi tacitè, vel expreſse interueniat, iam eſt illud ipſum pecunia; & fundatur literaliter in decretali *Exijt* c. 3. & citat Politium, & alios: deinde ad c.5. text.1. §.2. citans eandem decretalem, & Cordubam &c. docet expreſsè,non licere nobis pro laboritio, vel expetere, vel recipere quicquam, niſi vt oblatam eleemoſynam. Vnde applicanda eſt hìc eadem doctrina de pecunia tam in recipiendo pro nobis, quàm in ſatisfaciendo noſtris operarijs: Tandem proprius ad intentum in cap. 6.tom.1.§.10. docet ex citata decretali, & citato S. Bonauentura, quod de licitè ad vſum noſtrum acquiſitis, iam verò ſuperfluis,aut inutilibus,poſſumus licitè abſque Syndico ſatisfacere creditoribus,aut operarijs noſtris,eo tamen

ſal-

saluo vt fiat absque taxatione pretij; quod si hæc tacitè, vel expresè interueniat, tunc fieri debet à Syndico: Infert exinde nobis omnino non licere talia licita congregare ad superfluitatem eo animo, vt postea dentur operarijs pro mercede laboris; quia hoc inexcusabiliter, iuxta citatas decretales, esset merus recursus ad pecuniam: Per quæ sufficientissimè euanescunt omnia Vmbræ repetita figmenta.

64. Concedo quidem; Cordubam hìc à Rozycio citatum inclinare, & quidem grauiter, (non tamen expresè defendere) in oppositum, atque fauere Rozycio; immò ibi procurat, pro sua opinione illa, trahere citatum textum decretalis; Sed reuera textus decretalis, est contra vtrumque; non enim ibi distinguit Pontifex, quod res vendibiles, aut commutabiles sint acquisitæ cum æstimatione pretij, vel sine tali æstimatione, immò supponit, eas acquisitas esse modo licito ad licitos vsus, & solùm distinguit de modo illas alienandi, itaut cum æstimatione pretij alienentur à Syndico, si pertineant ad Papam, (vel ab amico spirituali, si eius

sibi

ſibi dominium reſeruauit) & nullo modo à Fratribus: ex Miniſtrorum verò authoritate, ſi alienentur, abſque tacita, vel expreſſa æſtimationē pretij. Generaliter autem dixi, multa poſſe ſuſtineri à Corduba ſecundùm indulta Martini IV.& V. quibus adhærere non licet Reformatis.

Concluſio III.

[Vmbra] *Pecunia propriè nil aliud eſt,quàm id, quo ſolent homines vti, cum opportunum eſt, ad pretium rerum emendarum*. Ita quatuor Magiſtri, Hugo de Dina. *Si* quis præcisè eorum textum conſideret. *Dixi id, quo ſolent vti homines*, nimirum publica authoritate, vel communi conſenſu, vt includatur omne inſtrumentum, ſiue medium, quo omnes nationes vti ſolent, non enim omnes nationes vtuntur denarijs, vel moneta,ſed alijs rebus; ſic enim legitur de nonnullis, qui vtebantur officulis. *Dixi ad pretium rerum emendarum*; pecunia enim propriè eſt medium contractus emptionis, prout emptio eſt. *Reſpondet* Pater Pelandus negans quatuor Magiſtros,& Hug. intelligere per pecuniam in Regula Fratrum Minorum, id, quo vtuntur homines publica authoritate, & communi conſenſu, ad pretium rerum emendarum: quia hoc modo de-

denarius, & pecunia pro eisdem acciperentur, & essent ferè synonima, vt ait P. Marchant. & consequenter quatuor Magistri, & Hugo essent sibi contrarij, quia docent, & supponunt tanquam certum, quod pecunia dicitur aliud à denarijs. *Sed quòd* quatuor Magistri hoc intelligant per pecuniam in Regula Fratrum Minorum.

Probatur primò, quia Bartholomæus Pisanus adducens sententiam quatuor Magistrorum hac de re dicit: *Iuxta Constitutiones antiquas, & quatuor Magistrorum sententiam, per denarios intelligitur pecunia numerata: pecunia verò dicitur omnis res, qua solent vti homines, cum opportunum est ad pretium rerum emendarum, vt aurum, & argentum, & quidquid tale sit, quo pro denario ad pretium rerum emendarum homines vtuntur.* Item Serena Conscientia sic habet: *Respondent quatuor Magistri; denarij sunt pecunia numerata, pecunia autem dicitur omnis res, qua solent vti homines, cum opportunum fuerit ad pretium rerum emendarum.* Sed particula *solent* publicam indicat authoritatem, aut consuetudinem, nam *soleo* idem est apud Calepinum, ac *consueui*, *pro more habui*: Ergo quatuor Magistri, & Hugo per pecuniam intelligunt id, quo solent homines vti, publica authoritate, vel communi consensu ad pretium rerum emendarum.

Confirmatur Petrus Ioannis apud Serenā Conscientiam, quatuor Magistrorum exemplo decla-

clarans, de quali vſu loquantur Magiſtri exemplificat dicens: *Sicut ante vſum nummorum vtebantur homines auro, & argento*: ſed vſus ille auri, & argenti ante vſum nummorum, proculdubio erat publica authoritate, ſeu communi conſenſu inſtitutus: vnde paſſim in ſcriptura legimus, quòd in emptionibus, & venditionibus ad pretium rerum emendarum aurum, & argentum taxabatur, ſeu æſtimabatur ſtatera, ſiclo, obolo &c. olim enim pecunia non erat ſignata, ſed ad eorum pondus appendebatur v. g. in pretium rei dabant tot, vel tot drachmas, vnicas libras, talenta auri, & argenti, inquit *Cornelius à Lapide in Zacch. cap.* 18. *verſ.* 11. *& Lorinus in libr. Num. cap.* 11. *verſ.* 51. *dicit veteres tum Romani, tum Hebræi vtebantur maſſa rudi auri, & argenti, vel æris, in certo pondere, loco pretij, ſeu pecuniæ: Vnde Ierem.* 32. *dicitur, emi agrum &c. & appendi ei argentum ſeptem ſtateras, & decem argenteos, & verſ.*11. *argentum Appende in ſtatera*. Quòd verò id fieret publica authoritate, teſtatur ſuper hunc locum Cornelius à Lapide dicens: *Omnis enim pecunia, & ſignata iam; & olim non ſignata, iuſtum, & definitum à Principe debet habere pondus.* Hinc obſeruat Andreas Piritus Ramirez ex Plin. lib.33. cap. 3. Quòd ex eo, quia priùs appenderent ad Bilances, diſpondios, & librales ſuos; poſtea numeratam pecuniam ſoluentes, pendere dicebantur: Ergo per pecuniam ſecundùm quatuor Magiſtros intelligitur id, quo ſolent

lent vti homines, publica authoritate cum opportunum eſt, ad pretium rerum emendarum.]

65. Comm. Non eſt nouum, multos in errores impingere, qui aliorum opiniones non ex proprio fonte deſumptas, ſed ab alijs relatas de carta in papyrum transferendo citare conſueuerunt; vt etiam diſcordias ferè omnes, quæ in Vrbibus oriuntur, ex falſa Nugatorum relatione, qui dicta, vel audita aggrauant, mutant, & inuertunt, oriri non dubitamus. Si Rozycius ex ipſo textu Magiſtrorum per nos ſuperiùs adducto verba legiſſet Magiſtrorum, non dixiſſet, hanc eſſe illorum opinionem: patet enim ibi, quod hæc tertia Rozycij concluſio recitatur à Magiſtris vt opinio tertia inter illas quinque, quàs à Magiſtris ipſis refutari dixit in initio Rozycius.

66. Dato verò, ſed non conceſſo, quod hæc concluſio Rozycij eſſet verè de mente quatuor Magiſtrorum; malè ſuperadditur illa gloſſa (nimirum) *publica authoritate, vel communi conſenſu*: patet enim, hiſce adhuc temporibus, vti ſolere homines rebus

bus venalibus vt gemmis, panno &c. ad pretium rerum emendarum, prout opportunum eſt; ſed ſemper taxato pretio pecuniæ numeratæ, ex quo illa omnia pecuniæ nomen acceperunt, per quod ad authoritates Piſani, Serenæ Conſcientiæ, Petri Ioannis, & aliorum eſt ſatisfactum. Miror autem, quod Rozycius adductis tot authoritatibus opinionem ſuam ex antiquis legibus nitatur comprobare, qui iura nouiſſima, & DD. authoritates hac ipſa in re repudiat, dicendo, non iuribus, & Doctoribus eſſe deferendum in hoc, ſed vſui communi loquendi. Non ergo ignorabat Sanctus Pater negotiationem, atque rerum venalium cõmercia fieri vbique terrarum, vel per cuſam ex quacunque materia monetam, vel per alias res venales æſtimato pretio taxatas; ideo vtrumque ſub nomine *denarij, & pecuniæ* interdixit.

[Vmbra] *Probatur* ſecundò. De ratione pecuniæ eſt, vt ſit illud, quod publica authoritate, & communi conſenſu accipitur ad pretium rerum emendarum: Ergo de taliter recepto ad pretium rerum emendarũ debent intelligi quatuor Magiſtri. Antéced. Prob. Vltima forma

con-

constituens pecuniam in ratione pecuniæ est quantitas æstimationis publica lege impositæ, vt benè notat *Layman tom. 1. lib. 3. fol. 143. ex Paulo Primo cap. in l. ff. de contrahen. empt.* dicens: *Pecunia, seù nummus publica authoritate cusus, vim, vsumque in commutationibus non solùm habet ex substantia materiæ; sed magis etiam ex quantitate æstimationis lege publica impositæ: si enim substantiam auri, vel argenti species absolutè nondum habet rationem pretij, sed potiùs mercis: quare vt pretij rationem consequatur, ad res alias æstimandas, emendasque publicæ æstimationis quantitate indiget: Hæc igitur est vltima forma constituens pecuniam.* Hæc Layman. *Idemque repetit num. 7. dicens, quod pecuniæ vsus, & commoditas publica esse debet:* Ergo per pecuniam id intelligi debet, quo vtuntur homines publica authoritate, & communi consensu ad pretium rerum emendarum.

Confirmatur: Pecunia numerata ideò lege publica constituta fuit, quia debebat esse rerum omnium, quibus indigemus, certa æstimatio, vt docet *Layman lib. 3. tract. 3. par. 1. cap. 5.* Vbi notandum *ex Aristot. lib. 5. Ethicor. cap. 5. & P. 1. cap. in l. 1. ff. de contrahen. empt.* quòd nummus hominum impositione, ac lege propter necessitatem introductus fuit, vt esset rerum omnium, quibus indigemus, certa æstimatio, & num. 4. ait *ad iustitiam cusæ monetæ, seù pecuniæ inter alia requiri legitimam cudendi authoritatem, quam etiam signum impressum indicant.* Nam monetam cude-

re

re ex Regalibus vnum eſt, vt conſtat *ex lib. 2. feud. cap.56.* quæ ſint Regalia. Et *lib.* 2. de falſa moneta, vbi mortis ſupplicium decernitur ijs, qui monetam priuata fuſione formarint, tanquam læſæ maieſtatis crimine obnoxijs; ſed etiam pecunia, vt diſtincta à denarijs deberet eſſe commutationis rerum menſura, ſeù pretium, per quod aliquid aliud habeatur, vt concedunt etiam aduerſarij; Ergo debebit ad hoc inſtitui publica anthoritate, vel communi conſenſu: vt proinde mirum ſit, quomodo Fratres Minores ſua intentione, vel attentione, ſeù æſtimatione priuata pecuniam facere poſsint.]

67. Comm. Negatur aſſumptum; eiuſque probatio, atque confirmatio ex Layman deſumpta; quia vt expreſsè patet in eius litera, loquitur de moneta cuſa, quæ idem eſt ac denarius, ſiue nummus, vt ibidem aduertitur: falſum autem aſſumitur in Minore confirmationis, quòd nempe pecunia, vt à denarijs diſtincta debeat eſſe commutationis rerum menſura; ſed ipſa æſtimatio pretio ad valorem pecuniæ numeratæ, ſiue nummi menſuratur.

[Vmbra] *Neque per hoc*, quod per pecuniam hoc intelligant quatuor Magiſtri, & Hugo, quo

homines ſolent vti publica authoritate, vel communi conſenſu ad pretium rerum emendarum; poſſunt dici eſſe ſibi contrarij, vt infert P. Pelandus: quia ſtante hoc, quod pecunia ſit id, quo vtuntur homines publica authoritate, & communi conſenſu ad pretium rerum emendarum, adhuc pecunia erit aliud à denarijs vt dicit Hugo à P. Pelando citatus. *Attende in hoc cap. 4.* (inquit Hugo) *quid dicatur pecunia, cum pecunia dicat aliud, quàm denarius; Omnis enim denarius eſt pecunia, ſed non omnis pecunia denarius eſt*. Neque P. Marchant. abſolutè dicit, denarium, & pecuniam eſſe idem, ſed ferè idem, vt patebit ex mox dicendis infra, vbi omnino conformitèr ad dicta Hugonis etiam ipſe diſcurrit.]

68 Comm. Saluari ómnino non poteſt; iuxta poſitionem Rozycij, quin quatuor Magiſtri ſibimet contradicant, dum per pecuniam intelligunt, quicquid publica authoritate, vel communi conſenſu taxatum, reperitur ad pretium rerum emendarum, vt verè dicitur de denario, & priùs dixerunt, pecuniam aliud eſſe à denario; Alietas enim per ſe poſita, iuxta regulas logicales differentiam importat ſubſtantialem; differentia verò accidentalis, alteritas

vel

vel alteratio dicitur; nec exinde euacuatur, quòd dicatur, pecuniam, & denarium non esse idem; sed ferè idem; quod alietatem substantialem non excludit: Optimè quidem dicit Hugo ibi citatus; omnem denarium esse pecuniam, sed nonècontrà; sed nihil pro Rozycio; non enim per hoc intellexit Hugo, quandam minimam, vel apparentem differentiam inter vtrumque constituere, vt sint ferè idem, sed alietatem substantialem; qualis est inter hominem, & animal; quia pecunia est genus (vt suprà demonstrauimus) ad pecuniam cusam, scil. denarium, vel nummum, & pecuniam non cusam; vt patet in eius litera per Regulam logicalem, de ijs, quæ non dicuntur ad conuertentiam.

Conclusio IV.

[Vmbra] Denarius, & pecunia in Regula Fratrum Minorum sunt ferè synomina, & pro eisdem accipiuntur.]

69. Comm. Si denarius, & pecunia pro eodem accipiuntur; iam non ferè, sed ab-

ſolutè ſunt ſynomina; & ſi generaliter pro re quacunque ad pretium rerum emendarum ex authoritate publica, vel communi conſenſu taxata; quacunque demum ex materia fiant, ſiue de metallo, ſiue de alijs rebus (quam differentiam aſſignauit Rozycius in tertia concluſione de moneta metallica, & de officulis) certè non video, cur Nicol. III. & Clem. V. tam accuratè ponderauerint trinam denarij, vel pecuniæ, ſemper eodem modo repetitam prohibitionem, dum in Europa ſcripſit S. Pater Regulam, imò in Italia; cum nullibi per Europam vtantur homines alia moneta niſi metallica; ſi hæc ſola poteſt dici denarius: ſi enim, vt ſubtilizat Rozycius, ipſe præuidit, filios ſuos ad fidem inter barbaros diſſeminandam eſſe profecturos, vbi aliud à metallo pro rerum pretio communiter habetur; certè non ignorauit, iam eos ſufficienter in Regula edoctos, omne id, quod monetæ loco adhibetur, eſſe prohibitum, non erat cur tam accuratè, denarios, vel pecuniam repeteret. Quia verò (non de caſu imaginario, ſed de phyſico loquendo) non ignorabat, poſſe filios ſuos

etiam

etiam in Europa, & Italia Iurium, atque Doctorum authoritate suffultos, repudiato solo denario (si hunc solum in Regula interdixisset) in pecuniæ contrectatione, per recursum ad res æstimato pretio distrahibiles, quæ pecunia (vel teste Rozycio secundùm Iura, Doctoresq; dicuntur,) sese possent immiscere idē attētè semper vtrumque coniunxit; ergo ex litera, & mente Sancti Francisci saniùs intellecta, denarius, & pecunia, non sunt ferè synomina, nec pro eodem accipiuntur.

70. Hoc, quia punctum est præcipuum à Rozycio intentum, & in nostra Religione singulariter periculosum, vt maiori firmitate stabiliatur, præter ea, quæ ex Iuribus, & Doctoribus, & à communi Italorum, Gallorum, & Hispanorum acceptione, & in num. 10. fuerunt adducta, iuuat multiplicatis authoritatibus confirmare. Primò l. Nam quod, in fine, ff. ad Trebell. l. 1. §. fin. & ibi glos. ff. de calumn. glos. fin. in l. pecuniæ 222. §. de verbor. signific, glos. verb. pecuniæ in l. 2. C. de constit. pecuniæ, & verb. conuert. l. fin. C. eodem tit. glos. verb. pecuniam in Clementina,

Nolentes, de hæreticis, Sanchez in præcit. decretal. tom. 1. l. 2. cap. 20. num. 9., Tiraquell., & alij multi, & Seraph. decis. 965. num. 4. & decis. 998. num. 1. (qui ibidem num. 2. dicit, quòd si addatur *pecunia distributa* intelligitur de *pecunia numerata*) apud Barbos. de verb. signif. appell. 196. verb. *pecunia*, concordant intelligi per pecuniam, quicquid æstimato pretio datur pro pretio rerum emendarum; & post dies Sancti Francisci. S. Thomas 2. 2. quæst. 100. art. 2. in corp. *per pecuniam intelligitur omne illud, cuius pretium potest pecunia* (idest per nummum) *æstimari, vt Philosoph. dicit in 3. Ethic.* Paulus etiam, & Festus hanc significationem inculcant; & apud veteres fuisse, & apud recentiores extare affirmant. Theatrum Vitæ humanæ nouissimè impressum verb. pecunia, dicit vt quid inter homines commune; *pecunia est omne id, quod homines possident in terra, quia dare, vendere &c. possunt ad libitum.* ex August. de doctrina Christiana; & habetur in decretis 1. q. 3. cap. totum. Immo & in communi praxi gentium, non minus in moneta, quàm in

agro,

agro, oleo, gemmis, & in cæteris pretio æſtimabilibus videmus fieri ſolutiones.

71. Vt ergo Seraphicus Pater, Paupertatis Apoſtolicæ reparator; filios ſuos ab omni periculo, & affectione terrenæ negotiationis elongaret, & denariũ, & pecuniam (prout ſubſtantialiter ab inuicem diſtinguuntur) attenta repetitione interdixit.

[Vmbra] Probatur primò: Quia hæc eſt communis vſurpatio in modo loquendi, iuxta quam vult ſuam Regulam intelligi Sanct. Pater Franciſcus.

Reſpondet P. Pelandus neg. fuiſſe intentionem Sancti Patris, quod verba Regulæ ſuæ accipiantur prout ſecundùm communem loquentium ſermonem vſurpantur. Sed hoc falſum eſſe ex dictis ſuprà in probatione primæ Reſponſionis patet.]

72. Comm. Et ſecundùm Doctiorum, & ſecundùm communem Hiſpan. Gall. Ital. acceptionem, pecuniam à denario ſubſtantialiter diſtingui iam pluries, & irrefragabiliter oſtendimus; & quomodo non nugatoriè, ſed maxima cum cautella in prohibitione copulentur.

Vmbr. [Probatur secundò. Illa particula *vel* indicat, quòd denarius, & pecunia sumantur pro eisdem. Ergo debet dici, quod sic sumantur.

Respondet P. Pelandus neg. quòd per illam particulam disiunctiuam *vel* hoc indicetur, sed potiùs oppositum indicatur; sed & hoc satis clarè superiùs deductum est,]

73. Comm. Luce itidem meridiana clariùs in n. 16. probauimus, quid importet illa disiunctiua *vel* inter denarium, & pecuniam apposita.

Vmbr. [Prob. 3. idem Nicol. III. & Clem. V. ista simul confundunt, & pro eisdem sumunt: imo solo nomine pecuniæ vtuntur pro denarijs, vt patet legenti declarationes; Sed hoc nec fecissent, si tanta distinctio ibi esset, cum traditæ ab alijs distinctiones sint fundamenta infinitorum scrupulorum, imò grauissimorum dubiorum, ad quæ elucidanda suas Declarationes ediderunt supradicti Pontifices: Ergo denarij, & pecuniæ in Regula Fratrum Minorum sunt ferè synonima.

Ad hoc respondet P. Pelandus dupliciter; Primò, Pontifices prædictos vti solo nomine pecuniæ; in Regula autem non ponitur solum pecuniæ nomen, sed ne denarios, vel pecuniam reci-

cipiant: vnde in declaration. prædictorum Pontificum ſumitur pro denarijs, non ſic in Regula: Secundò reſpondet. *Quòd ſi ſupradicti Pontifices ſuas dederunt declarationes, ad dilucidandum grauiſſima dubia, quæ ex aliorum distinctionibus oriuntur, veriſimile videtur, quòd ipſi ſupponant, Regulam eſſe intelligendam ſecundùm diſtinctiones aliorum, non ſecundùm opinionem dicentium, denarios, & pecuniam eſſe ſynonima*; vel ferè ſynonima: Quia ſecundùm opinionem iſtam, eorum declarationes, non fuiſſent neceſſariæ. Sed

Quantum ad primum reſponſionis punctum, hoc ſufficienter manet ex dictis ad primam probationem refutatum, & inutilitas diſtinctionis huius de pecuniæ nomine ſumpto ſolitariè, & combinando illud cum denarijs, eſt clarè deducta. Neque eſt abſolutè verum, quòd ſemper Pontifices in ſuis declarationibus ſolo nomine pecuniæ vtantur. Nam Clem. V. cap. 4. §. Porro loquens de obſeruatione præcepti, non recipiendi pecuniam, ſic habet; Porro cum dictus Sanctus volens Fratres ſuos ſuper omnia à denarijs, ſeu pecunia eſſe alienos præcepit, vt nullo modo &c. Ergo non obſtante quod nomen pecuniæ combinetur diſiunctiuè cum denarijs in Regula dicendo denarij, vel pecunia; adhuc debent ſumi pro eadem; ſicut ſumuntur (vt patet ex contextu, & ex conceſſis P. Pelandi) in declarat. Clem. V. nõ obſtante, quòd etiã hic fiat combinatio diſiunctiua à denarijs, ſeu pecunia.

Quan-

Vmbr. [Probatur secundò. Illa particula *vel* indicat, quòd denarius, & pecunia sumantur pro eisdem. Ergo debet dici, quod sic sumantur.

Respondet P.Pelandus neg. quòd per illam particulam disiunctiuam *vel* hoc indicetur, sed potiùs oppositum indicatur; sed & hoc satis clarè superiùs deductum est,]

73. Comm. Luce itidem meridiana clariùs in n.16.probauimus, quid importet illa disiunctiua *vel* inter denarium, & pecuniam apposita.

Vmbr. [Prob.3.idem Nicol. III. & Clem. V. ista simul confundunt, & pro eisdem sumunt: imo solo nomine pecuniæ vtuntur pro denarijs, vt patet legenti declarationes; Sed hoc nec fecissent, si tanta distinctio ibi esset, cum traditæ ab alijs distinctiones sint fundamenta infinitorum scrupulorum, imò grauissimorum dubiorum, ad quæ elucidanda suas Declarationes ediderunt supradicti Pontifices: Ergo denarij, & pecuniæ in Regula Fratrum Minorum sunt ferè synonima.

Ad hoc respondet P. Pelandus dupliciter; Primò, Pontifices prædictos vti solo nomine pecuniæ; in Regula autem non ponitur solum pecuniæ nomen, sed ne denarios, vel pecuniam reci-

cipiant: vnde in declaration. prædictorum Pontificum sumitur pro denarijs, non sic in Regula: Secundò respondet. *Quòd si supradicti Pontifices suas dederunt declarationes, ad dilucidandum grauissima dubia, quæ ex aliorum distinctionibus oriuntur, verisimile videtur, quòd ipsi supponant, Regulam esse intelligendam secundùm distinctiones aliorum, non secundùm opinionem dicentium, denarios, & pecuniam esse synonima*; vel ferè synonima: Quia secundùm opinionem istam, eorum declarationes, non fuissent necessariæ. Sed

Quantum ad primum responsionis punctum, hoc sufficienter manet ex dictis ad primam probationem refutatum, & inutilitas distinctionis huius de pecuniæ nomine sumpto solitariè, & combinando illud cum denarijs, est clarè deducta. Neque est absolutè verum, quòd semper Pontifices in suis declarationibus solo nomine pecuniæ vtantur. Nam Clem. V. cap. 4. §.Porro loquens de obseruatione præcepti, non recipiendi pecuniam, sic habet; Porro cum dictus Sanctus volens Fratres suos super omnia à denarijs, seu pecunia esse alienos præcepit, vt nullo modo &c.Ergo non obstante quod nomen pecuniæ combinetur disiunctiuè cum denarijs in Regula dicendo denarij, vel pecunia; adhuc debent sumi pro eadem; sicut sumuntur (vt patet ex contextu, & ex concessis P. Pelandi) in declarat.Clem.V. nõ obstante,quòd etiã hic fiat combinatio disiunctiua à denarijs, seu pecunia.

Quan-

Quantùm ad secundum, contra arguo sic: Pontifices prædicti vtique in suis declarationibus sumunt pecuniam pro denarijs; vt pro confirmanda sententia P. Marchant notat Sanctor. in cap. 4. Regulæ. *Nam Clem. V. in Clementina Exiui &c.* §. *Porro &c.* ait: *Quo circa quæstus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi cippi, siue trunci ordinati ad offerentium, seu donantium pecunias reponendas &c. sunt interdicta.* Idemque sæpiùs repetit in hoc §. & certè panni, blada &c. non reponuntur in cippis, sed denarij. Item *Nicol. III. in cap. Exijt.* §. *Cæterum* declarando modos recurrēdi ad amicos spirituales, solum pecuniam nominat, nulla facta denariorum mentione, idque sæpius, & fatetur ipsemet P. Pelandus: quia, inquit, sumunt nomen pecuniæ solitariè: Ergo in suis declarationibus resoluunt dubia secundùm hanc acceptionem: Ergo falsum est, quòd dederunt Declarationes suas ad dilucidandum grauissima dubia, quæ ex distinctione à denarijs oriuntur, vt supponit P. Pelandus: imò cum ne leuissimam quidem distinctionis insinuent notam, signum est, quod pecunia, & denarij secundum mentem Pontificum prædictorum sint ferè synonima in Regula Fratrum Minorum.

Nec est verum, quod dicit vlteriùs P. Pelandus, secundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam esse synonima, non fuisse necessarias Declarationes: Quia etiamsi non esset in

Re-

Regula quidquam de pecunia, vt distincta à denarijs, de receptione ipsorum denariorum multa declaranda remanerent. Imò si dictum hoc P.Pelandi esset verum; quandoquidem ipse in hac solutione fatetur, Pontifices Nicolaum III. & Clem.V. sumere vbique in suis Declarationibus pecuniam pro denarijs; sequeretur illas propterea non esse necessarias quoad hoc; sed hoc est absurdum, & Pontificiæ dignitati iniuriosum; quorum vterque protestatur, se præfatas Declarationes suscepisse ad sedanda plenè omnia Regulæ dubia, & expediendas à scrupulis Fratrum conscientias, præsertim Nicol. III. in Prolog. §.5. dicit se velle, *Quæ erant in Regula dubia declarare, alia declarata pleniore claritate differere, in aliquibus Regulam ipsam concernentibus puritati eorum conscientiæ prouidere.* Et infrà, *Tam ea, quæ per Prædecessores nostros approbata, & declarata esse noscuntur, quàm etiam Regulam, & eam contingentia maturitate plena discussimus &c.* Et præsertim de præcepto hoc cap. 4. ne Fratres recipiant pecuniam, vel denarios vllo modo, ait: *Articulum istum propter detrahentium morsus profundiùs quàm nostri Prædecessores fecerint, assumentes, & ipsum clarioribus determinationibus prosequentes &c.* Clemens etiam V. testatur, non solùm dubijs, quæ occurrunt, sed etiam, quæ possunt occurrere in futurum, opportunè adhibuisse remedia, ac in eis expediendis se omne studium, ac diligentiam adhibuisse,

ſe,illaque examinari voluiſse per plures Archiepiſcopos, Epiſcopos, in Theologia Magiſtros, & alios literatos, prouidos, & diſcretos; Ergo non eſt verum, quod dicit P. Pelandus, ſecundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam eſse ferè ſynonima, non fuiſse neceſsarias Declarationes.]

74. Comm. Falſum eſt abſolutè, ſolam pecuniam ſemper nominari à Nicol. III. & Clem. V. vt patet in eorum Decretalium contextu vbi ſæpè denarius, & pecunia ſimul nominantur; immo notandum, quod vbi prohibitionem S. Franciſci referunt, ſemper in eiſdem S. Franciſci verbis) *denarios, vel pecuniam* exprimunt, vt eius intentionem conteſtentur; & ſi Pontifices ipſi ſolo pecuniæ nomine, vt plurimum vtantur. Iam verò in num. 26. probauimus, falſiſſimum eſſe, quod Pontifices ſolo vtantur nomine pecuniæ, eo quod cum denario, vt ſynonima conueniat; ſed ideo quia pecunia (vt ex Hugone fatetur Rozycius, eſt veluti genus, & denarius veluti ſpecies; vnde ſub nomine pecuniæ, veluti ſub genere, venit & denarius, quicquid in hoc dicant Pelandus, & Rozycius.

75. Nec

75. Nec ideo tamen inficior, necessa-
ias fuisse Pontificum declarationes; quia
um altissimus Euãgelicæ paupertatis apex
ſſet huius mundi ſapientibus in intelligi-
ilis, non defuerunt, qui dicerent, ipſum
ac in Regula S. Franciſci præceptum eſſe
iobſeruabile, vt Nicol. III. in proęmio
ıæ decretalis atteſtatur : addito deinde
ifficillimo, atque periculoſiſſimo, ſalua
egulæ puritate, ad pecuniam recurſu;
ultoque magis ex aliquorum ſimplicita-
, atque aliorum ad cauillandum malitia,
at impoſſibile, vt abſque Sedis Apoſtoli-
e definitione ſedarentur in timoratis cõ-
ientijs ſcrupuli, & malè affectorum ca-
llationes: Si enim poſt authenticas Pon-
icum declarationes tam varia ſunt Ex-
nentium placita, vt etiam conentur ali-
ui huius Vmbrę opacitate puriorẽ Regu-
obſeruantiã obfuſcare; quid eſſet niſi per
ſas Apoſtolicas Decretales poſſent eui-
ntiſſimè retundi? De opinione P. San-
orij per Rozycium hìc allegata quid ve-
dicendum ſit, explicauimus in antece-
entibus. Vnicum nobis ſufficiat, quòd
dependenter à Iuribus, & Doctoribus

solutè sunt synomina; & si generaliter pro re quacunque ad pretium rerum emendarum ex authoritate publica, vel communi consensu taxata; quacunque demum ex materia fiant, siue de metallo, siue de alijs rebus (quam differentiam assignauit Rozycius in tertia conclusione de moneta metallica, & de osficulis) certè non video, cur Nicol. III. & Clem. V. tam accuratè ponderauerint trinam denarij, vel pecuniæ, semper eodem modo repetitam prohibitionem, dum in Europa scripsit S. Pater Regulam, imò in Italia; cum nullibi per Europam vtantur homines alia moneta nisi metallica; si hæc sola potest dici denarius: si enim, vt subtilizat Rozycius, ipse præuidit, filios suos ad fidem inter barbaros disseminandam esse profecturos, vbi aliud à metallo pro rerum pretio communiter habetur; certè non ignorauit, iam eos sufficienter in Regula edoctos, omne id, quod monetæ loco adhibetur, esse prohibitum, non erat cur tam accuratè, denarios, vel pecuniam repeteret. Quia verò (non de casu imaginario, sed de physico loquendo) non ignorabat, posse filios suos

etiam in Europa, & Italia Iurium, atque Doctorum authoritate suffultos, repudiato solo denario (si hunc solum in Regula interdixisset) in pecuniæ contrectatione, per recursum ad res æstimato pretio distrahibiles, quæ pecunia (vel teste Rozycio secundùm Iura, Doctoresq; dicuntur,) sese possent immiscere idē attētè semper vtrumque coniunxit; ergo ex litera, & mente Sancti Francisci saniùs intellecta, denarius, & pecunia, non sunt ferè synomina, nec pro eodem accipiuntur.

70. Hoc, quia punctum est præcipuum à Rozycio intentum, & in nostra Religione singulariter periculosum, vt maiori firmitate stabiliatur, præter ea, quæ ex Iuribus, & Doctoribus, & à communi Italorum, Gallorum, & Hispanorum acceptione, & in num. 10. fuerunt adducta, iuuat multiplicatis authoritatibus confirmare. Primò l. Nam quod, in fine, ff. ad Trebell. . 1. §. fin. & ibi glos. ff. de calumn. glos. in. in l. pecuniæ 222. §. de verbor. signific, los. verb. pecuniæ in l. 2. C. de constit. ecuniæ, & verb. conuert. l. fin. C. eodem t. glos. verb. pecuniam in Clementina,

 No-

Nolentes, de hæreticis, Sanchez in præcit. decretal. tom. 1. l. 2. cap. 20. num. 9., Tiraquell., & alij multi, & Seraph. decis. 965. num. 4. & decis. 998. num. 1. (qui ibidem num. 2. dicit, quòd si addatur *pecunia distributa* intelligitur de *pecunia numerata*) apud Barbos. de verb. signif. appell. 196. verb. *pecunia*, concordant intelligi per pecuniam, quicquid æstimato pretio datur pro pretio rerum emendarum; & post dies Sancti Francisci. S.Thomas 2. 2. quæst. 100. art. 2. in corp. *per pecuniam intelligitur omne illud, cuius pretium potest pecunia* (idest per nummum) *æstimari, vt Philosoph. dicit in 3. Ethic.* Paulus etiam, & Festus hanc significationem inculcant; & apud veteres fuisse, & apud recentiores extare affirmant. Theatrum Vitæ humanæ nouissimè impressum verb. pecunia, dicit vt quid inter homines commune; *pecunia est omne id, quod homines possident in terra, quia dare, vendere &c. possunt ad libitum.* ex August. de doctrina Christiana; & habetur in decretis 1. q. 3. cap. totum. Immo & in communi praxi gentium, non minus in moneta, quàm in

agro,

agro, oleo, gemmis, & in cæteris pretio æstimabilibus videmus fieri solutiones.

71. Vt ergo Seraphicus Pater, Paupertatis Apostolicæ reparator; filios suos ab omni periculo, & affectione terrenæ negotiationis elongaret, & denariū, & pecuniam (prout substantialiter ab inuicem distinguuntur) attenta repetitione interdixit.

[Vmbra] Probatur primò: Quia hæc est communis vsurpatio in modo loquendi, iuxta quam vult suam Regulam intelligi Sanct. Pater Franciscus.

Respondet P. Pelandus neg. fuisse intentionem Sancti Patris, quod verba Regulæ suæ accipiantur prout secundùm communem loquentium sermonem vsurpantur. Sed hoc falsum esse ex dictis suprà in probatione primæ Responsionis patet.]

72. Comm. Et secundùm Doctiorum, & secundùm communem Hispan. Gall. Ital. acceptionem, pecuniam à denario substantialiter distingui iam pluries, & irrefragabiliter ostendimus; & quomodo non nugatoriè, sed maxima cum cautella in prohibitione copulentur.

Vmbr. [Probatur ſecundò. Illa particula *vel* indicat, quòd denarius, & pecunia ſumantur pro eiſdem. Ergo debet dici, quod ſic ſumantur.

Reſpondet P.Pelandus neg. quòd per illam particulam diſiunctiuam *vel* hoc indicetur, ſed potiùs oppoſitum indicatur; ſed & hoc ſatis clarè ſuperiùs deductum eſt,]

73. Comm. Luce itidem meridiana clariùs in n.16. probauimus, quid importet illa diſiunctiua *vel* inter denarium, & pecuniam appoſita.

Vmbr. [Prob. 3. idem Nicol. III. & Clem. V. iſta ſimul confundunt, & pro eiſdem ſumunt: imo ſolo nomine pecuniæ vtuntur pro denarijs, vt patet legenti declarationes; Sed hoc nec feciſſent, ſi tanta diſtinctio ibi eſſet, cum traditæ ab alijs diſtinctiones ſint fundamenta infinitorum ſcrupulorum, imò grauiſſimorum dubiorum, ad quæ elucidanda ſuas Declarationes ediderunt ſupradicti Pontifices: Ergo denarij, & pecuniæ in Regula Fratrum Minorum ſunt ferè ſynonima.

Ad hoc reſpondet P. Pelandus dupliciter; Primò, Pontifices prædictos vti ſolo nomine pecuniæ; in Regula autem non ponitur ſolum pecuniæ nomen, ſed ne denarios, vel pecuniam reci-

cipiant: vnde in declaration. prædictorum Pontificum ſumitur pro denarijs, non ſic in Regula: Secundò reſpondet. *Quòd ſi ſupradicti Pontifices ſuas dederunt declarationes, ad dilucidandum grauiſſima dubia, quæ ex aliorum diſtinctionibus oriuntur, veriſimile videtur, quòd ipſi ſupponant, Regulam eſſe intelligendam ſecundùm diſtinctiones aliorum, non ſecundùm opinionem dicentium, denarios,& pecuniam eſſe ſynonima*; vel ferè ſynonima: Quia ſecundùm opinionem iſtam, eorum declarationes, non fuiſſent neceſſariæ. Sed

Quantum ad primum reſponſionis punctum, hoc ſufficienter manet ex dictis ad primam probationem refutatum, & inutilitas diſtinctionis huius de pecuniæ nomine ſumpto ſolitariè, & combinando illud cum denarijs, eſt clarè deducta. Neque eſt abſolutè verum, quòd ſemper Pontifices in ſuis declarationibus ſolo nomine pecuniæ vtantur. Nam Clem. V. cap. 4. §.Porro loquens de obſeruatione præcepti, non recipiendi pecuniam, ſic habet; Porro cum dictus Sanctus volens Fratres ſuos ſuper omnia à denarijs, ſeu pecunia eſſe alienos præcepit, vt nullo modo &c.Ergo non obſtante quod nomen pecuniæ combinetur diſiunctiuè cum denarijs in Regula dicendo denarij, vel pecunia; adhuc debent ſumi pro eadem; ſicut ſumuntur (vt patet ex contextu, & ex conceſſis P. Pelandi) in declarat.Clem.V. nō obſtante,quòd etiā hic fiat combinatio diſiunctiua à denarijs, ſeu pecunia.

Quan-

Quantùm ad secundum, contra arguo sic: Pontifices prædicti vtique in suis declarationibus sumunt pecuniam pro denarijs; vt pro confirmanda sententia P. Marchant notat Sanctor. in cap. 4. Regulæ. *Nam Clem. V. in Clementina Exiui &c.§.Porro &c.* ait: *Quo circa quæstus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in Ecclesia, vel alibi cippi, siue trunci ordinati ad offerentium, seu donantium pecunias reponendas &c. sunt interdicta.* Idemque sæpiùs repetit in hoc §. & certè panni, blada &c. non reponuntur in cippis, sed denarij. Item *Nicol. III. in cap.Exijt.* §.*Cæterum* declarando modos recurrēdi ad amicos spirituales, solum pecuniam nominat, nulla facta denariorum mentione, idque sæpius, & fatetur ipsemet P. Pelandus: quia, inquit, sumunt nomen pecuniæ solitariè: Ergo in suis declarationibus resoluunt dubia secundùm hanc acceptionem: Ergo falsum est, quòd dederunt Declarationes suas ad dilucidandum grauissima dubia, quæ ex distinctione à denarijs oriuntur, vt supponit P.Pelandus: imò cum ne leuissimam quidem distinctionis insinuent notam, signum est, quod pecunia, & denarij secundùm mentem Pontificum prædictorum sint ferè synonima in Regula Fratrum Minorum.

Nec est verum, quod dicit vlteriùs P. Pelandus, secundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam esse synonima, non fuisse necessarias Declarationes: Quia etiamsi non esset in Re-

egula quidquam de pecunia, vt distincta à enarijs, de receptione ipsorum denariorum, multa declaranda remanerent. Imò si dictum hoc P. Pelandi esset verum; quandoquidem ipse in hac solutione fatetur, Pontifices Nicolaum III. & Clem. V. sumere vbique in suis Declarationibus pecuniam pro denarijs; sequeretur illas propterea non esse necessarias quoad hoc; sed hoc est absurdum, & Pontificiæ dignitati iniuriosum; quorum vterque protestatur, se præfatas Declarationes suscepisse ad sedandum plenè omnia Regulæ dubia, & expediendas à scrupulis Fratrum conscientias, præsertim Nicol. III. in Prolog. §. 5. dicit se velle, *Quæ erant in Regula dubia declarare, alia declarata pleniore claritate differere, in aliquibus Regulam ipsam concernentibus puritati eorum conscientiæ prouidere.* Et infrà, *Tam ea, quæ per Prædecessores nostros approbata, & declarata esse noscuntur, quàm etiam Regulam, & eam contingentia maturitate plena discussimus &c.* Et præsertim de præcepto hoc cap. 4. ne Fratres recipiant pecuniam, vel denarios vllo modo, ait: *Articulum istum propter detrahentium morsus profundiùs quàm nostri Prædecessores fecerint, assumentes, & ipsum clarioribus determinationibus prosequentes &c.* Clemens etiam V. testatur, non solùm dubijs, quæ occurrunt, sed etiam, quæ possunt occurrere in futurum, opportunè adhibuisse remedia, ac in eis expediendis se omne studium, ac diligentiam adhibuisse,

ſe, illaque examinari voluiſse per plures Archiepiſcopos, Epiſcopos, in Theologia Magiſtros, & alios literatos, prouidos, & diſcretos; Ergo non eſt verum, quod dicit P. Pelandus, ſecundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam eſse ferè ſynonima, non fuiſse neceſsarias Declarationes.]

74. Comm. Falſum eſt abſolutè, ſolam pecuniam ſemper nominari à Nicol. III. & Clem. V. vt patet in eorum Decretalium contextu vbi ſæpè denarius, & pecunia ſimul nominantur; immo notandum, quod vbi prohibitionem S. Franciſci referunt, ſemper in eiſdem S. Franciſci verbis) *denarios, vel pecuniam* exprimunt, vt eius intentionem conteſtentur; & ſi Pontifices ipſi ſolo pecuniæ nomine, vt plurimum vtantur. Iam verò in num. 26. probauimus, falſiſſimum eſſe, quod Pontifices ſolo vtantur nomine pecuniæ, eo quod cum denario, vt ſynonima conueniat; ſed ideo quia pecunia (vt ex Hugone fatetur Rozycius, eſt veluti genus, & denarius veluti ſpecies; vnde ſub nomine pecuniæ, veluti ſub genere, venit & denarius, quicquid in hoc dicant Pelandus, & Rozycius.

75. Nec ideo tamen inficior, necessarias fuisse Pontificum declarationes; quia cum altissimus Euāgelicæ paupertatis apex esset huius mundi sapientibus in intelligibilis, non defuerunt, qui dicerent, ipsum hac in Regula S. Francisci præceptum esse inobseruabile, vt Nicol. III. in proęmio suæ decretalis attestatur: addito deinde difficillimo, atque periculosissimo, salua Regulæ puritate, ad pecuniam recursu; multoque magis ex aliquorum simplicitate, atque aliorum ad cauillandum malitia, erat impossibile, vt absque Sedis Apostolicæ definitione sedarentur in timoratis cō-scientijs scrupuli, & malè affectorum cauillationes: Si enim post authenticas Pontificum declarationes tam varia sunt Exponentium placita, vt etiam conentur aliqui huius Vmbrę opacitate puriorē Regulę obseruantiā obfuscare; quid esset nisi per ipsas Apostolicas Decretales possent euidentissimè retundi? De opinione P. Sanctorij per Rozycium hìc allegata quid verè dicendum sit, explicauimus in antecedentibus. Vnicum nobis sufficiat, quòd independenter à Iuribus, & Doctoribus

antiquis, quatuor Magistri, Hugo, Pisanus, & alij, sub religione indiuisa in Regulæ rigoribus adhuc perseuerante, & post Ordinis diuisionem, Patti, Siguenza, Monza cæterique Reformati (vno excepto Rozycio) immò & ipse Corduba, & statuta Regularis Obseruantiæ, pecuniam, & denarium non intelligunt pro eodem, sed in sensu per nos explicato; plurimum ab inuicem distincta.

Vmbr. [Dixit P. Marchant, *Ferè synonima*, quia pecunia videtur nomen aliquantulum vniuersaliùs, quàm denarius, ob nationes barbaras, si quæ reperiuntur; quæ moneta, & denarijs strictè acceptis non vtuntur, vt de nonnullis legitur, qui officulis vtebantur.

Respondet P. Pelandus: Quod in hac sua declaratione *P. Recollectus putat, denarium esse monetam de metallis tantùm confectam: Sed Corduba docet (allegando communiter omnes Expositores) denarium esse monetam ex quocumque metallo, seu materia confectam; & per consequens officula illa, & alia instrumenta, quibus Nationes barbaræ pro denarijs vtuntur, sunt verè denarij: & sic denarius & pecunia etiam apud illas Nationes essent omninò synonima.*

Sed quidquid sit de mente Cordubæ: quòd per denarios debeat intelligi propriè, & strictè mo-

moneta solùm de quibusdam metallorum speciebus facta, seu particulæ quorundam metallorum signatæ, patet; quia, vt inquit Budæus de Asse apud *Cornelium in cap.* 10. *Matt.* Omnis pecunia primum fuit ænea, deinde argentea, demum aurea, & quod loquatur hìc de denarijs, non potest negare P. Pelandus: quia ly *pecunia* quando ponitur solitariè (vti hìc) sumitur secundùm ipsum pro denarijs: Ergo officula illa, & quælibet alia instrumenta, quibus vtuntur aliæ Nationes pro denarijs, vt limacum conchæ, quibus in Regno Congo vtuntur, non sunt propriè, & strictè denarij: Sicut nec aurum, & argentum, quod secundum Petrum Ioannis vtebantur homines ante vsum nummorum, consequenter nec sunt propriè synonìma, sed ferè synonima, vt loquitur P. Marchant.

Nec inuerisimile censeri debet, B. P. Franciscum posuisse in hoc Regulæ præcepto, nomen denariorum, propter nationes, quæ vtuntur moneta de metallis facta: nomen verò pecuniæ propter Nationes, quæ vtuntur officulis, vel aliis instrumentis loco denariorum: quia S. Pater nouerat optimè ex diuina reuelatione, etiam inter ālias Nationes Fratres suos, & Ordinem propagandum; non obstante quod P. Pelandus nullum viderit hoc præceptum sic explicantem.]

76. Comm. Non propter Barbaras nationes, sed propter difficultates, atque pericula grauissima, quæ suscitari poterant in Europa à Fratribus in contrectatione rerum pretio æstimabilium, quæ ad distrahẽdum recipi liberè potuissent, S Pater, pecuniam à denario condistinxit in Regula; vt superiùs n.63. ostendimus. Nec incongruenter ait Corduba, ossicula illa, & limacum conchas, quæ taxatione publica proprium habent valorem in Congo, & alibi esse pro monetis intelligenda, qui enim de Asse æneo, vel argenteo antiquo loquũtur, de stylo Europæo, non de barbaris loquuntur: formalitas enim monetæ, in hoc consistit, vt authoritate publica ad negotiationis commercium sit taxata; perindè verò est, quod ex hac, vel illa materia formetur; immo & in Europa legimus fuisse de corio confectam.

Vmbr. [Dices cum Sanctorio *Clemens V.* §.*Proindè &c.*recenset inter transgressiones pręcepti de pecunia, *Quod equos,arma, eis oblata in funeralibus indistinctè accipiunt*; Ergo hæc mobilia sunt pecunia. Item § *Circa equorum &c.* ait: *Circa equorum autem, & armorum oblationes illud*

decer-

decernimus obseruandum, quod in pecuniarijs per Declarationem prędictam noscitur eleemosynis definitum Nicol. III. etiam §. *Si vero* docet Fratres non posse ad res legatas recurrere, vt vendantur, &c, nisi eo modò, quo ad pecuniarias eleemosynas: Ergo ista sunt pecunia.

Respon. quantùm ad primam partem anteced. neg. eam, quod scil. Clem. V. receptionem equorum, armorum &c. numeret inter transgressiones præcepti de pecunia: sed potiùs enumerat, vt legenti patet, inter transgressiones contra paupertatem, & appropriationem, ait enim: *proinde cum Vir Sanctus paupertatis promissæ in Regula modum exprimens dixerit in eadem Fratres nihil sibi appropient, & infra ad nostrum deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prędicto voto, paupertati scil., & puritati Ordinis repugnare &c.* Et tandem enumerando illa, ponit receptionem equorum, armorum &c. in sepulturis: Hæc Nicol.

Quantùm ad secundam partem illam: scil. circa equorum, armorum &c. oblationes, illud decernimus faciendum, quod in pecuniarijs eleemosynis noscitur definitum per declarationem prædictam. Resp. neg. consequen. etsi enim ad vtrumque tam ad oblationes nimirum prædictas, quàm ad eleemosynarias pecunias sit idem modus recursus; non idcirco illę oblationes pecunia censeri possunt; quia per illas ordinationes suas, voluit solum Pontifex, vt oblationes

Vmbr. [Probatur secundò. Illa particula *vel* indicat, quòd denarius, & pecunia sumantur pro eisdem. Ergo debet dici, quod sic sumantur.

Respondet P.Pelandus neg. quòd per illam particulam disiunctiuam *vel* hoc indicetur, sed potiùs oppositum indicatur; sed & hoc satis clarè superiùs deductum est,]

73. Comm. Luce itidem meridiana clariùs in n.16.probauimus, quid importet illa disiunctiua *vel* inter denarium, & pecuniam apposita.

Vmbr. [Prob·3.idem Nicol. III. & Clem. V. ista simul confundunt, & pro eisdem sumunt: imo solo nomine pecuniæ vtuntur pro denarijs, vt patet legenti declarationes; Sed hoc nec fecissent, si tanta distinctio ibi esset, cum traditæ ab alijs distinctiones sint fundamenta infinitorum scrupulorum, imò grauissimorum dubiorum, ad quæ elucidanda suas Declarationes ediderunt supradicti Pontifices: Ergo denarij, & pecuniæ in Regula Fratrum Minorum sunt ferè synonima.

Ad hoc respondet P. Pelandus dupliciter; Primò, Pontifices prædictos vti solo nomine pecuniæ; in Regula autem non ponitur solum pecuniæ nomen, sed ne denarios, vel pecuniam reci-

cipiant: vnde in declaration. prædictorum Pontificum sumitur pro denarijs, non sic in Regula: Secundò respondet. *Quòd si supradicti Pontifices suas dederunt declarationes, ad dilucidandum grauissima dubia, quæ ex aliorum distinctionibus oriuntur, verisimile videtur, quòd ipsi supponant, Regulam esse intelligendam secundùm distinctiones aliorum, non secundùm opinionem dicentium, denarios, & pecuniam esse synonima*; vel ferè synonima: Quia secundùm opinionem istam, eorum declarationes, non fuissent necessariæ. Sed

Quantum ad primum responsionis punctum, hoc sufficienter manet ex dictis ad primam probationem refutatum, & inutilitas distinctionis huius de pecuniæ nomine sumpto solitariè, & combinando illud cum denarijs, est clarè deducta. Neque est absolutè verum, quòd semper Pontifices in suis declarationibus solo nomine pecuniæ vtantur. Nam Clem. V. cap. 4. §. Porro loquens de obseruatione præcepti, non recipiendi pecuniam, sic habet; Porro cum dictus Sanctus volens Fratres suos super omnia à denarijs, seu pecunia esse alienos præcepit, vt nullo modo &c. Ergo non obstante quod nomen pecuniæ combinetur disiunctiuè cum denarijs in Regula dicendo denarij, vel pecunia; adhuc debent sumi pro eadem; sicut sumuntur (vt patet ex contextu, & ex concessis P. Pelandi) in declarat. Clem. V. nō obstante, quòd etiā hic fiat combinatio disiunctiua à denarijs, seu pecunia.

Quan-

Quantùm ad ſecundum, contra arguo ſic: Pontifices prædicti vtique in ſuis declarationibus ſumunt pecuniam pro denarijs; vt pro confirmanda ſententia P. Marchant notat Sanctor. in cap. 4. Regulæ. *Nam Clem. V. in Clementina Exiui &c. §. Porro &c.* ait: *Quo circa quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in Eccleſia, vel alibi cippi, ſiue trunci ordinati ad offerentium, ſeu donantium pecunias reponendas &c. ſunt interdicta.* Idemque ſæpiùs repetit in hoc §. & certè panni, blada &c. non reponuntur in cippis, ſed denarij. Item *Nicol. III. in cap. Exijt. §. Cæterum* declarando modos recurrẽdi ad amicos ſpirituales, ſolum pecuniam nominat, nulla facta denariorum mentione, idque ſæpius, & fatetur ipſemet P. Pelandus: quia, inquit, ſumunt nomen pecuniæ ſolitariè: Ergo in ſuis declarationibus reſoluunt dubia ſecundùm hanc acceptionem: Ergo falſum eſt, quòd dederunt Declarationes ſuas ad dilucidandum grauiſſima dubia, quæ ex diſtinctione à denarijs oriuntur, vt ſupponit P. Pelandus: imò cum ne leuiſſimam quidem diſtinctionis inſinuent notam, ſignum eſt, quod pecunia, & denarij ſecundùm mentem Pontificum prædictorum ſint ferè ſynonima in Regula Fratrum Minorum.

Nec eſt verum, quod dicit vlteriùs P. Pelandus, ſecundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam eſſe ſynonima, non fuiſſe neceſſarias Declarationes: Quia etiamſi non eſset in

Re-

Regula quidquam de pecunia, vt distincta à denarijs, de receptione ipsorum denariorum multa declaranda remanerent. Imò si dictum hoc P.Pelandi esset verum; quandoquidem ipse in hac solutione fatetur, Pontifices Nicolaum III. & Clem.V. sumere vbique in suis Declarationibus pecuniam pro denarijs; sequeretur illas propterea non esse necessarias quoad hoc; sed hoc est absurdum, & Pontificiæ dignitati iniuriosum; quorum vterque protestatur, se præfatas Declarationes suscepisse ad sedanda plenè omnia Regulæ dubia, & expediendas à scrupulis Fratrum conscientias, præsertim Nicol.III.in Prolog. §.5. dicit se velle, *Quæ erant in Regula dubia declarare, alia declarata pleniore claritate differere, in aliquibus Regulam ipsam concernentibus puritati eorum conscientiæ prouidere.* Et infrà, *Tam eã, quæ per Prædecessores nostros approbata, & declarata esse noscuntur, quàm etiam Regulam, & eam contingentia maturitate plena discussimus &c.* Et præsertim de præcepto hoc cap. 4. ne Fratres recipiant pecuniam, vel denarios vllo modo, ait: *Articulum istum propter detrahentium morsus profundiùs quàm nostri Prædecessores fecerint, assumentes, & ipsum clarioribus determinationibus prosequentes &c.* Clemens etiam V.testatur, non solùm dubijs, quæ occurrunt, sed etiam, quæ possunt occurrere in futurum, opportunè adhibuisse remedia, ac in eis expediendis se omne studium, ac diligentiam adhibuisse,

ſe, illaque examinari voluiſse per plures Archiepiſcopos, Epiſcopos, in Theologia Magiſtros, & alios literatos, prouidos, & diſcretos; Ergo non eſt verum, quod dicit P. Pelandus, ſecundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam eſse ferè ſynonima, non fuiſse neceſsarias Declarationes.]

74. Comm. Falſum eſt abſolutè, ſolam pecuniam ſemper nominari à Nicol. III. & Clem. V. vt patet in eorum Decretalium contextu vbi ſæpè denarius, & pecunia ſimul nominantur; immo notandum, quod vbi prohibitionem S. Franciſci referunt, ſemper in eiſdem S. Franciſci verbis) *denarios, vel pecuniam* exprimunt, vt eius intentionem conteſtentur; & ſi Pontifices ipſi ſolo pecuniæ nomine, vt plurimum vtantur. Iam verò in num. 26. probauimus, falſiſſimum eſſe, quod Pontifices ſolo vtantur nomine pecuniæ, eo quod cum denario, vt ſynonima conueniat; ſed ideo quia pecunia (vt ex Hugone fatetur Rozycius, eſt veluti genus, & denarius veluti ſpecies; vnde ſub nomine pecuniæ, veluti ſub genere, venit & denarius, quicquid in hoc dicant Pelandus, & Rozycius.

75. Nec

75. Nec ideo tamen inficior, necessarias fuisse Pontificum declarationes; quia cum altissimus Euãgelicæ paupertatis apex esset huius mundi sapientibus in intelligibilis, non defuerunt, qui dicerent, ipsum hac in Regula S. Francisci præceptum esse inobseruabile, vt Nicol. III. in proęmio suæ decretalis attestatur: addito deinde difficillimo, atque periculosissimo, salua Regulæ puritate, ad pecuniam recursu; multoque magis ex aliquorum simplicitate, atque aliorum ad cauillandum malitia, erat impossibile, vt absque Sedis Apostolicæ definitione sedarentur in timoratis cõscientijs scrupuli, & malè affectorum cauillationes: Si enim post authenticas Pontificum declarationes tam varia sunt Exponentium placita, vt etiam conentur aliqui huius Vmbrę opacitate puriorē Regulę obseruantiã obfuscare; quid esset nisi per ipsas Apostolicas Decretales possent euidentissimè retundi? De opinione P. Sanctorij per Rozycium hìc allegata quid verè dicendum sit, explicauimus in antecedentibus. Vnicum nobis sufficiat, quòd independenter à Iuribus, & Doctoribus

an-

antiquis, quatuor Magistri, Hugo, Pisanus, & alij, sub religione indiuisa in Regulæ rigoribus adhuc perseuerante, & post Ordinis diuisionem, Patti, Siguenza, Monza cæterique Reformati (vno excepto Rozycio) immò & ipse Corduba, & statuta Regularis Obseruantiæ, pecuniam, & denarium non intelligunt pro eodem, sed in sensu per nos explicato; plurimum ab inuicem distincta.

Vmbr. [Dixit P. Marchant, *Ferè synonima*, quia pecunia videtur nomen aliquantulum vniuersaliùs, quàm denarius, ob nationes barbaras, si quæ reperiuntur; quæ moneta, & denarijs strictè acceptis non vtuntur, vt de nonnullis legitur, qui ossiculis vtebantur.

Respondet P. Pelandus: Quod in hac sua declaratione *P. Recollectus putat, denarium esse monetam de metallis tantùm confectam: Sed Corduba docet (allegando communiter omnes Expositores) denarium esse monetam ex quocumque metallo, seu materia confectam; & per consequens ossicula illa, & alia instrumenta, quibus Nationes barbaræ pro denarijs vtuntur, sunt verè denarij: & sic denarius & pecunia etiam apud illas Nationes essent omnino synonima.*

Sed quidquid sit de mente Cordubæ: quòd per denarios debeat intelligi propriè, & strictè mo-

moneta solùm de quibusdam metallorum speciebus facta, seu particulæ quorundam metallorum signatæ, patet; quia, vt inquit Budæus de Asse apud *Cornelium in cap.* 10. *Matt.* Omnis pecunia primum fuit ænea, deinde argentea, demum aurea, & quod loquatur hìc de denarijs, non potest negare P. Pelandus: quia ly *pecunia* quando ponitur solitariè (vti hìc) sumitur secundùm ipsum pro denarijs: Ergo officula illa, & quælibet alia instrumenta, quibus vtuntur aliæ Nationes pro denarijs, vt limacum conchæ, quibus in Regno Congo vtuntur, non sunt propriè, & strictè denarij: Sicut nec aurum, & argentum, quod secundum Petrum Ioannis vtebantur homines ante vsum nummorum, consequenter nec sunt propriè synonima, sed ferè synonima, vt loquitur P. Marchant.

Nec inuerisimile censeri debet, B. P. Franciscum posuisse in hoc Regulæ præcepto, nomen denariorum, propter nationes, quæ vtuntur moneta de metallis facta: nomen verò pecuniæ propter Nationes, quæ vtuntur officulis, vel aliis instrumentis loco denariorum: quia S. Pater nouerat optimè ex diuina reuelatione, etiam inter ălias Nationes Fratres suos, & Ordinem propagandum; non obstante quod P. Pelandus nullum viderit hoc præceptum sic explicantem.]

decernimus obseruandum, quod in pecuniarijs per Declarationem prędictam noscitur eleemosynis definitum Nicol. III, etiam §. *Si vero* docet Fratres non posse ad res legatas recurrere, vt vendantur, &c, nisi eo modò, quo ad pecuniarias elecmosynas: Ergo ista sunt pecunia.

Respon. quantùm ad primam partem anteced. neg. eam, quod scil. Clem. V. receptionem equorum, armorum &c. numeret inter transgressiones præcepti de pecunia: sed potiùs enumerat, vt legenti patet, inter transgressiones contra paupertatem, & appropriationem, ait enim: *proinde cum Vir Sanctus paupertatis promissæ in Regula modum exprimens dixerit in eadem Fratres nihil sibi appropient, & infra ad nostrum deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prędicto voto, paupertati scil., & puritati Ordinis repugnare &c.* Et tandem enumerando illa, ponit receptionem equorum, armorum &c. in sepulturis: Hæc Nicol.

Quantùm ad secundam partem illam: scil. circa equorum, armorum &c. oblationes, illud decernimus faciendum, quod in pecuniarijs eleemosynis noscitur definitum per declarationem prædictam. Resp. neg. consequen. etsi enim ad vtrumque tam ad oblationes nimirum prædictas, quàm ad eleemosynarias pecunias sit idem modus recursus; non idcirco illę oblationes pecunia censeri possunt; quia per illas ordinationes suas, voluit solum Pontifex, vt oblationes

equorum, armorum &c. non accipiantur indiſtinctè, ſicut fieri dicebatur; cui abuſui obuiare volens Pontifex loco citato dicit, circa equorum, armorum &c. oblationes illud decernimus in omnibus &c. & per omnia obſeruandum, quod per declarationem prædictam in pecuniarijs noſcitur eleemoſynis definitum; Id eſt vt oblationes prædictæ ſine vera neceſſitate præſenti vel imminenti, & conditionibus in recurſu ad pecuniam requiſitis non recipiantur: cuius ratio eſt, non quia ſunt pecunia, ſed quia immediatè vſibus Fratrum non cedunt: & niſi ad neceſſitates veras reducantur, ſuperfluitatem, pretioſitatem, & theſaurizationem ſapiunt. Aliud itaque eſt, illa eſse pecuniam, aliud non fieri recurſum ad illa, niſi eo modo, quo ad pecuniam.]

77. Comm. Zelotes S. Franciſci diſcipulus tanto ſtudio non quæreret ad excuſandas excuſationes in peccatis: Equi, & arma &c. in Decretali Clem. V. prohibita, & inter eleemoſynas pecuniarias recenſita, non ideo tantùm ſic prohibentur], & recenſentur, quia ſeruire valeant ad theſaurizationem; poſſunt enim recipi tantùm pro rebus licitis, & neceſſarijs, ſed quia neceſsè eſt talia æſtimato pretio vendi, ideò in ordi-

ordine ad vendendum recipiuntur; & quæ talia sunt pecunia; & pecunia censentur in illa decretali, vt legata in illa Nicolai III. computantur: & supra declarauimus: quomodo in istis peccari possit, & contra 6. Regulæ capitulum ex materia proprietatis, & thesaurizationis, & contra quartum capitulum ex illegitimo ad pecuniam recursu; per quod vniuersæ Vmbræ huius tenebræ dilucidantur.

Corollarium.

¶ Vmbr. *Denique P. Marchant* agens de Commutatione rerum, quæ sunt in vsu Fratrum, in fine ponit hoc Corollarium contra multorum scrupulos. *Licet Superiori commutare filum, lanam, &c. extra Ordinem pro tela, vel panno: Siliginem pro frumento, granum pro butyro &c. etiam æstimato pretio, de licentia Generalis, vel Prouincialis (si non obstet expressa prohibitio donantis)* idque probat: *Quia hic* (inquit) interuenit nudum ministerium sine aliquo iure.

Respondet P. Pelandus *neg. consequentiam primò: quia res, quæ commutatur cum æstimatione pretij in Regula Fratrum Minorum, est verè pecunia; vt patet ex supradictis. Secundò: Quia commutatio,*

quę fit cum æstimatione pretij, est vera venditio, & emptio secundùm 4. Magistros, Hugonem, Cordubam, Politium, & alios; venditio autem, & emptio fit mediante pecunia, cuius vsus Fratribus Minoribus est planè interdictus; quod quidem fatetur etiam ipse P. Recollectus Concl.4. eiusdem quęst. Sed

Contra Rationes istæ, ob quas negat Consequen. nihil omnino valent: Non prima; quia oppositum potiùs ex dictis constat; neque secunda, quia cum 4. Magistr. Hugo, & alij dicunt, commutationem, quæ fit cum æstimatione pretij, esse emptionem, intelligunt de æstimatione publica, & ciuili, quam esse de ratione pecuniæ probatum est supra, ita quod tunc fit emptio, quando res taxata seu æstimata lege publica, loco numeratæ pecuniæ datur pro alia re, vt patet consideranti textum 4. Magistr. & Hugonis.

Quantùm ad Cordubam Dico: quòd Corduba potiùs hac in parte fauet P. Marchantio; nam c. 6. q. 3. postquam determinauit, venditionem, & conuentionem, seu æstimationem pretij, & rei vendendæ, eiusque dominij translationem ibi interuenientem debere fieri per Syndicum Papæ: proponit dubium; vtrùm similiter necessariò debeat talis contractus, aut conuentio, seu æstimatio pretij interueniens fieri per Syndicum, quando res vendenda pertinet ad alium? an etiam possit fieri per ipsosmet Fratres personaliter; quando talis res non fuit modò

pecu-

pecuniario accepta; ideſt eo animo, vt venderetur, aut diſtraheretur, ſed principaliùs fuit accepta animo vtendi illa in ſuis vſibus, & poſtea ſi contingat illam fieri inutilem, aut de illa aliquid ſuperfluere, aut iam non eſſe neceſſariam, ita quod expediat, eam vendere, habebunt animum minùs principaliter eam vendendi? & reſpondet Corduba ibidem ſic: *Quod Speculum Fratrum Minorum, & cum eo communiter Doctores omnes ferè de hoc loquentes dicunt, nullo modo licere Fratribus perſonaliter talem rem vendere modo prædicto, ſcil. faciendo contractum, & conuentionem, & pretij æſtimationem; neque tradere talem rem in poteſtatem ementis: Sed quòd Syndicus nomine Papæ, aut Amicus Spiritualis nomine alterius domini talis rei, poteſt, & debet hoc facere, & non alius. Sed certè (inquit idem) ego non video rationem ſufficientem ad dogmatizandum tam ſtrictè, neque vlla authoritas ad id cogit. Ideo ſaluo meliori iudicio: dico, quòd in caſu dubij præfati, rem non pecuniario modo acceptam, benè licet Fratribus ipſis perſonaliter vendere de licentia Prælatorum, & Domini talis rei, & contractum venditionis facere, & conuentionem, ſeu æſtimationem pretij, dummodo caueatur ſcandalum, aut alia occaſio peccati, & omnis alia praua circumſtantia aliàs vitians, ſeu inficiens talem actum. Ratio eſt; quia nullus Pontifex, ſeu Declaratio id prohibet, vt patet: quia Nicol. III. vbi ſupra de hoc agens, hoc certè non prohibet; quia ſolum dicit, pretium rei vendita*

ſe, illaque examinari voluiſse per plures Archiepiſcopos, Epiſcopos, in Theologia Magiſtros, & alios literatos, prouidos, & diſcretos; Ergo non eſt verum, quod dicit P. Pelandus, ſecundùm opinionem tenentium denarios, & pecuniam eſse ferè ſynonima, non fuiſse neceſsarias Declarationes.]

74. Comm. Falſum eſt abſolutè, ſolam pecuniam ſemper nominari à Nicol. III. & Clem. V. vt patet in eorum Decretalium contextu vbi ſæpè denarius, & pecunia ſimul nominantur; immo notandum, quod vbi prohibitionem S. Franciſci referunt, ſemper in eiſdem S. Franciſci verbis) *denarios, vel pecuniam* exprimunt, vt eius intentionem conteſtentur; & ſi Pontifices ipſi ſolo pecuniæ nomine, vt plurimum vtantur. Iam verò in num. 26. probauimus, falſiſſimum eſſe, quod Pontifices ſolo vtantur nomine pecuniæ, eo quod cum denario, vt ſynonima conueniat; ſed ideo quia pecunia (vt ex Hugone fatetur Rozycius, eſt veluti genus, & denarius veluti ſpecies; vnde ſub nomine pecuniæ, veluti ſub genere, venit & denarius, quicquid in hoc dicant Pelandus, & Rozycius.

75. Nec

75. Nec ideo tamen inficior, necessarias fuisse Pontificum declarationes; quia cum altissimus Euãgelicæ paupertatis apex esset huius mundi sapientibus in intelligibilis, non defuerunt, qui dicerent, ipsum hac in Regula S. Francisci præceptum esse inobseruabile, vt Nicol. III. in proęmio suæ decretalis attestatur: addito deinde difficillimo, atque periculosissimo, salua Regulæ puritate, ad pecuniam recursu; multoque magis ex aliquorum simplicitate, atque aliorum ad cauillandum malitia, erat impossibile, vt absque Sedis Apostolicæ definitione sedarentur in timoratis cõscientijs scrupuli, & malè affectorum cauillationes: Si enim post authenticas Pontificum declarationes tam varia sunt Exponentium placita, vt etiam conentur aliqui huius Vmbrę opacitate puriorẽ Regulę obseruantiã obfuscare; quid esset nisi per ipsas Apostolicas Decretales possent euidentissimè retundi? De opinione P. Sanctorij per Rozycium hìc allegata quid verè dicendum sit, explicauimus in antecedentibus. Vnicum nobis sufficiat, quòd independenter à Iuribus, & Doctoribus

antiquis, quatuor Magistri, Hugo, Pisanus, & alij, sub religione indiuisa in Regulæ rigoribus adhuc perseuerante, & post Ordinis diuisionem, Patti, Siguenza, Monza cæterique Reformati (vno excepto Rozycio) immò & ipse Corduba, & statuta Regularis Obseruantiæ, pecuniam, & denarium non intelligunt pro eodem, sed in sensu per nos explicato; plurimum ab inuicem distincta.

Vmbr. [Dixit P. Marchant, *Ferè synonima*, quia pecunia videtur nomen aliquantulum vniuersaliùs, quàm denarius, ob nationes barbaras, si quæ reperiuntur, quæ moneta, & denarijs strictè acceptis non vtuntur, vt de nonnullis legitur, qui ossiculis vtebantur.

Respondet P. Pelandus: Quod in hac sua declaratione *P. Recollectus putat, denarium esse monetam de metallis tantùm confectam: Sed Corduba docet (allegando communiter omnes Expositores) denarium esse monetam ex quocumque metallo, seu materia confectam; & per consequens ossicula illa, & alia instrumenta, quibus Nationes barbaræ pro denarijs vtuntur, sunt verè denarij: & sic denarius & pecunia etiam apud illas Nationes essent omninò synonima.*

Sed quidquid sit de mente Cordubæ: quòd per denarios debeat intelligi propriè, & strictè mo-

moneta ſolùm de quibuſdam metallorum ſpeciebus facta, ſeu particulæ quorundam metallorum ſignatæ, patet; quia, vt inquit Budæus de Aſſe apud *Cornelium in cap.* 10. *Matt.* Omnis pecunia primum fuit ænea, deinde argentea, demum aurea, & quod loquatur hìc de denarijs, non poteſt negare P. Pelandus: quia ly *pecunia* quando ponitur ſolitariè (vti hìc) ſumitur ſecundùm ipſum pro denarijs: Ergo officula illa, & quælibet alia inſtrumenta, quibus vtuntur aliæ Nationes pro denarijs, vt limacum conchæ, quibus in Regno Congo vtuntur, non ſunt propriè, & ſtrictè denarij: Sicut nec aurum, & argentum, quod ſecundum Petrum Ioannis vtebantur homines ante vſum nummorum, conſequenter nec ſunt propriè ſynonima, ſed ferè ſynonima, vt loquitur P. Marchant.

Nec inueriſimile cenſeri debet, B. P. Franciſcum poſuiſse in hoc Regulæ præcepto, nomen denariorum, propter nationes, quæ vtuntur moneta de metallis facta: nomen verò pecuniæ propter Nationes, quæ vtuntur officulis, vel aliis inſtrumentis loco denariorum: quia S. Pater nouerat optimè ex diuina reuelatione, etiam inter ălias Nationes Fratres ſuos, & Ordinem propagandum; non obſtante quod P. Pelandus nullum viderit hoc præceptum ſic explicantem.]

decernimus obseruandum, quod in pecuniarijs per Declarationem prędictam noscitur eleemosynis definitum Nicol. III. etiam §. *Si vero* docet Fratres non posse ad res legatas recurrere, vt vendantur, &c, nisi eo modò, quo ad pecuniarias eleemosynas: Ergo ista sunt pecunia.

Respon. quantùm ad primam partem anteced. neg. eam, quod scil. Clem. V. receptionem equorum, armorum &c. numeret inter transgressiones præcepti de pecunia: sed potiùs enumerat, vt legenti patet, inter transgressiones contra paupertatem, & appropriationem, ait enim: *proinde cum Vir Sanctus paupertatis promissæ in Regula modum exprimens dixerit in eadem Fratres nihil sibi appropient, & infra ad nostrum deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prędicto voto, paupertati scil., & puritati Ordinis repugnare &c.* Et tandem enumerando illa, ponit receptionem equorum, armorum &c. in sepulturis: Hæc Nicol.

Quantùm ad secundam partem illam: scil. circa equorum, armorum &c. oblationes, illud decernimus faciendum, quod in pecuniarijs eleemosynis noscitur definitum per declarationem prædictam. Resp. neg. consequen. etsi enim ad vtrumque tam ad oblationes nimirum prædictas, quàm ad eleemosynarias pecunias sit idem modus recursus; non idcirco illę oblationes pecunia censeri possunt; quia per illas ordinationes suas, voluit solum Pontifex, vt oblationes

equorum, armorum &c. non accipiantur indiſtinctè, ſicut fieri dicebatur; cui abuſui obuiare volens Pontifex loco citato dicit, circa equorum, armorum &c. oblationes illud decernimus in omnibus &c. & per omnia obſeruandum, quod per declarationem prædictam in pecuniarijs noſcitur eleemoſynis definitum; Id eſt vt oblationes prædictæ ſine vera neceſſitate præſenti vel imminenti, & conditionibus in recurſu ad pecuniam requiſitis non recipiantur: cuius ratio eſt, non quia ſunt pecunia, ſed quia immediatè vſibus Fratrum non cedunt: & niſi ad neceſſitates veras reducantur, ſuperfluitatem, pretioſitatem, & theſaurizationem ſapiunt. Aliud itaque eſt, illa eſse pecuniam, aliud non fieri recurſum ad illa, niſi eo modo, quo ad pecuniam.]

77. Comm. Zelotes S. Franciſci diſcipulus tanto ſtudio non quæreret ad excuſandas excuſationes in peccatis: Equi, & arma &c. in Decretali Clem. V. prohibita, & inter eleemoſynas pecuniarias recenſita, non ideo tantùm ſic prohibentur, & recenſentur, quia ſeruire valeant ad theſaurizationem; poſſunt enim recipi tantùm pro rebus licitis, & neceſſarijs, ſed quia neceſſè eſt talia æſtimato pretio vendi, ideò in ordi-

ordine ad vendendum recipiuntur; & quæ talia ſunt pecunia; & pecunia cenſentur in illa decretali, vt legata in illa Nicolai III. computantur: & ſupra declarauimus: quomodo in iſtis peccari poſſit, & contra 6. Regulæ capitulum ex materia proprietatis, & theſaurizationis, & contra quartum capitulum ex illegitimo ad pecuniam recurſu; per quod vniuerſæ Vmbræ huius tenebræ dilucidantur.

Corollarium.

¶ Vmbr. *Denique P. Marchant* agens de Commutatione rerum, quæ ſunt in vſu Fratrum, in fine ponit hoc Corollarium contra multorum ſcrupulos. *Licet Superiori commutare filum, lanam, &c. extra Ordinem pro tela, vel panno: Siliginem pro frumento, granum pro butyro &c. etiam æſtimato pretio, de licentia Generalis, vel Prouincialis (ſi non obſtet expreſſa prohibitio donantis)* idque probat: *Quia hic* (inquit) interuenit nudum miniſterium ſine aliquo iure.

Reſpondet P. Pelandus *neg. conſequentiam primò: quia res, quæ commutatur cum æſtimatione pretij in Regula Fratrum Minorum, eſt verè pecunia; vt patet ex ſupradictis. Secundò: Quia commutatio,*

quę fit cum æstimatione pretij, est vera venditio, & emptio secundùm 4. Magistros, Hugonem, Cordubam, Politium, & alios; venditio autem, & emptio fit mediante pecunia, cuius vsus Fratribus Minoribus est planè interdictus; quod quidem fatetur etiam ipse P. Recollectus Concl.4.eiusdem quęst. Sed

Contra Rationes istæ, ob quas negat Consequen. nihil omnino valent: Non prima; quia oppositum potiùs ex dictis constat; neque secunda, quia cum 4. Magistr. Hugo, & alij dicunt, commutationem, quæ fit cum æstimatione pretij, esse emptionem, intelligunt de æstimatione publica, & ciuili, quam esse de ratione pecuniæ probatum est supra, ita quod tunc sit emptio, quando res taxata seu æstimata lege publica, loco numeratæ pecuniæ datur pro alia re, vt patet consideranti textum 4. Magistr.& Hugonis.

Quantùm ad Cordubam Dico: quòd Corduba potiùs hac in parte fauet P. Marchantio; nam c. 6. q. 3. postquam determinauit, venditionem, & conuentionem, seu æstimationem pretij, & rei vendendæ, eiusque dominij translationem ibi interuenientem debere fieri per Syndicum Papæ: proponit dubium; vtrùm similiter necessariò debeat talis contractus, aut conuentio, seu æstimatio pretij interueniens fieri per Syndicum, quando res vendenda pertinet ad alium? an etiam possit fieri per ipsosmet Fratres personaliter; quando talis res non fuit modò

pecuniario accepta; ideſt eo animo, vt venderetur, aut diſtraheretur, ſed principaliùs fuit accepta animo vtendi illa in ſuis vſibus, & poſtea ſi contingat illam fieri inutilem, aut de illa aliquid ſuperfluere, aut iam non eſſe neceſſariam, ita quod expediat, eam vendere, habebunt animum minùs principaliter eam vendendi? & reſpondet Corduba ibidem ſic: *Quod Speculum Fratrum Minorum, & cum eo communiter Doctores omnes ferè de hoc loquentes dicunt, nullo modo licere Fratribus perſonaliter talem rem vendere modo prædicto, ſcil. faciendo contractum, & conuentionem, & pretij æſtimationem; neque tradere talem rem in poteſtatem ementis: Sed quòd Syndicus nomine Papæ, aut Amicus Spiritualis nomine alterius domini talis rei, poteſt, & debet hoc facere, & non alius. Sed certè (inquit idem) ego non video rationem ſufficientem ad dogmatizandum tam ſtrictè, neque vlla authoritas ad id cogit. Ideo ſaluo meliori iudicio: dico, quòd in caſu dubij præfati, rem non pecuniario modo acceptam, benè licet Fratribus ipſis perſonaliter vendere de licentia Prælatorum, & Domini talis rei, & contractum venditionis facere, & conuentionem, ſeu æſtimationem pretij, dummodo caueatur ſcandalum, aut alia occaſio peccati, & omnis alia praua circumſtantia aliàs vitians, ſeu inficiens talem actum. Ratio eſt; quia nullus Pontifex, ſeu Declaratio id prohibet, vt patet: quia Nicol. III. vbi ſupra de hoc agens, hoc certè non prohibet; quia ſolum dicit, pretium rei venditæ*

ditæ accipiatur per Syndicum, & de contractu venditionis nil prohibet nobis: immo generaliter loquens, sine exceptione concedere videtur, quòd de licentia Prælatorum potest fieri personaliter, per Fratres autem quando pretij æstimatio interuenit, neque alius Papa innuitur id prohibuisse; Neque per Regulam est illicitum ratione voti paupertatis; Probatur; quia in prædicta venditione sunt multi actus, quorum vnus est æstimatio pretij, & hic certè non prohibetur nobis, sicut in re alterius agere de valore rei; quid enim detrahitur paupertati propter hoc, quòd ego de hac vel illa re (cuiuscunque sit) dicam: quòd valet tantum, vel tantum. Item alius actus est traditio, vel translatio rei in potestatem ementis, & acceptatio pretij talis, vel talis; quæ duo faciunt conuentionem, & contractum perfectum: certè de licentia Domini talis rei, vt seruus Domini nil habens Iuris in re, non videtur, quare non possit id licitè facere authoritate Domini Papæ, aut alterius Domini talis rei; quia & Nicol. III. supra expressè videtur huic suffragari; neque hìc interuenit pecuniæ acceptio, ex quo vt suppono pretium pecuniarum debet per Syndicum, aut per amicum Spiritualem accipi, & non per Fratres, vt supra dictum est: Ergo de se non est contra Regulam, quod talis venditio fiat per Fratres ipsos.

Dico notanter de se, & dummodo caueatur scandalum: quia quatenus est de rigore Regulæ, & Declarationum, quoad hoc non videtur illicitum, vendere simpliciter modo prædicto sine strepitu, & solemni-

mnitate Iudiciali, seu iuridica, & ciuili obligatione &c. secùs autem si aliunde proueniat scandalum, aut praua circunstantia; tunc enim venditio de se licita, fieret illicita ratione talis circunstantiæ, sicut & quodlibet opus bonum potest sic infici. Ideo si in tali venditione interueniat aliqua obligatio ciuilis, aut si iuridicè fieret, vel in iudicio, aut si etiam ex hoc agendum esset in Iudicio, iam tunc non liceret personaliter Fratribus sic vendere rem quamcumque, sed per Syndicum nomine Papæ secnndùm Priuilegium Martini IV. & Nicol. III. quia hæc omnia sic prohibita sunt fieri aliàs ex Regula, aut per Papam, aut ratione scandali, & huiusmodi (vt in suis locis de singulis agendum est in sexto hoc capite) Et quidem quamuis sit puriùs, & honestiùs, quod id fiat per Syndicum, non tameu videtur dogmatizandum, quod id sit necessarium, maximè cùm oppositum communiter practicetur, possitque Frater Minor peccare contra conscientiam prædicto modo vendendo per se, si ei dicatur esse illicitum, in quo tamen non peccaret, si ei veritas diceretur; Non enim sunt Fratribus plures laquei obijciendi, quàm ex sua Professione tenentur; vtinam vel sufficienter ea seruentur, ad quæ ex Regula, & Professione tenentur, & non augeantur, neque minuantnr vota nostra. Hucusque Corduba.

Idem Author cap. 6. q. 4. agens de commutatione, puncto primo dicit. *Fratribus Minoribus non licet authoritate sua rem aliquam pro alia commutare, distrahere, seu alienare, sed solum au-*

thoritate Domini talis rei, & eo modo, quo ipse vult, & nomine suo, ad quod sufficit authoritas, seu voluntas eius probabiliter præsumpta, quando non potest commodè haberi expressa quia ex quo Fratres nullum ius, aut dominium in tali re habent, non possunt de ea disponere, nisi vt dictum est. Deinde puncto secundo dicit: *Quod ad licitè commutandum res pertinentes ad Papam, quibus iam vtitur Ordo, tres requiruntur conditiones. 1. quòd fiat de licentia Ministri Prouincialis, & Custodis. 2. quod sint res mobiles. 3. quòd si mediante pretij æstimatione commutantur, aut distrahantur pro alijs rebus, tunc non nisi per Syndicum fieri potest secundùm Doctores communiter, & habetur in Serena Conscientia q. 81. & in speculo. Sed vt mihi videtur, hoc non est necessarium propter rationes tactas supra: ibi videatur, & ad propositum applicetur:* Ergo quamuis intercedat æstimatio pretij, & esset etiam venditio adhuc potest fieri per Fratres sine Syndico.]

78. Comm. Hoc deerat corollarium extortissimum, & fortasse vt obiectum primarium in opere toto intentum, ad aperiendum ad relaxationem in Obseruantia strictiori amplissimum ostium, vt oblata vel mendicata etiam æstimato pretio vendere ipsis Fratribus dicatur licitum. Certè ve-

ren-

tendum fuit, nè nisi preuenirentur ita dicentis consilia, si Vmbra hæc inoffensa transijsset, conclamaretur à multis, vel errore, vel malitia seductis; *Regnauit Rex Absalom; & vniuersus Israel toto corde sequitur Absalom.* 2.*Reg.c.*15.

79. Noto itaque primò, in hoc corollario vniuersalem esse Rozycij ex Marchantio propositionem; de venditione rerum vt est in conclusione; quam infra probare tantùm intendit in particulari de rebus, quæ ad Fratres modo pecuniario non peruenerunt. Deinde per nudum Fratrum Ministerium, absque vllo iure ius rei venditæ transferatur in ementem nemine transferente, nec enim per Fratres, vt tu dicis, quia reuera non possunt; neque per Pontificem, quia in sæpe citata Decretali *Exijt* §. *quid vero*, & Clemens V. C. *Exiui* §. *Porro cum dictus*, expressissimè contradicunt: Ergo nullo trasferente transfertur rei per Fratres venditæ dominium: ecce chimericum argumentum!

80. Vbi verò Pelandi rationes in oppositum euellere nititur; apparet ex dictis, quàm veriùs constet oppositum; rem scil-

in

in ordine ad vendendum acceptam, esse Pecuniam. Similiter de 4. Magistris, & Hugone, patet sole clariùs ex recitato superiùs illorum textu, quàm aperte doceant venditionem æstimato pretio Fratribus non licere; quàm verò non subsistat conficta hic explicatio quòd Magistri intelligantur tantùm de venditione publica, & ciuili, iudicent alij; quid intelligis per venditionem publicam, & ciuilem? fortè illam, quæ fit sub hasta, scribente Notario? certo certiùs in omni venditione transfertur dominium, qualem translationem facere Pontifex concessit ministris, vbi non interueniat æstimatio pretij; hanc autem soli Syndico reseruauit.

81. Ad opinionem Cordubæ iam supra sufficientissimè respondi; sed iterum aduerto, quòd ad illa se restringit, quæ Fratres non pecuniario modo receperunt; in Corollario verò conclusio est vniuersalis. Repeto Ergo hìc breuiter; opinionem Cordubæ non posse aliquid habere ponderis apud Reformatos, vbi eorum strictiori viuendi modo repugnat. Deinde non mirari non possum, cum omnino solum, contra com-

communiter Doctores, vt ipse confitetur, hanc nouam vel non subsistentem, vel saltem periculosissimam doctrinam inuehere voluisse, de qua nil boni ad Ordinis ædifitionem, aut Reformationem sit sperandum. Tertio quod nullus Pontifex, seù declaratio id prohibeat, est apertissimè falsum; prohibetur enim primò generaliter, vt expresse declarat Clemens V. in præcit. §. *Porro cum dictus Sanctus* Dicimus, *Fratres teneri cauere summoperè, quod pro alijs causis, & sub modis alijs, quàm ponat dicti prædecessoris nostri declaratio, ad dantes pecunias, siuè deputatos Nuncios non recurrant, ne si secus ab ipsis attentatum fuerit; transgressores præcepti, & Regulæ meritò possint dici; nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, id omne, quod expressè non conceditur, intelligitur denegatum*. Cum ergo rem æstimato pretio vendere, sit tanto cum rigore Fratribus generaliter vetitum, hoc nisi specialiter in casu concedatur, etiam in rebus non pecuniario modo receptis est vetitum. Etiam Nicol. III. C. *Exijt* postquam omnimodum ad pecuniam recursum Fratribus, vt ex propria authoritate vetitum

tum esse definisset ; specialiùs in §. *quia verò* ; hoc in alienatione cuiuscunque rei æstimato pretio interdixit, & Apostolico Syndico reseruauit, non modò rei venditæ pretium, sed & ipsam venditionem ; neque vel apparenter Fratribus concedit in hisce contractum facere, vel dominium trasferre, quicquid in subsequentibus fingatur à Corduba.

82. Quod autem ipse postea subiungit, id solùm prohiberi ratione scandali, aut alteriùs grauis periculi; eodem modo, nec minori fundamento possumus de reliquis Regulæ preceptis ratiocinari; vt nempe sublato scandalo &c. equitare, non ieiunare &c. liceat vniuersaliter. Eodem modo in *§. Idem author.* fol. 86. optimè cum Serena Conscientia q. 81. & communiter Doctoribus de rerum commutatione, atque venditione cum disseruisset, tandem illos omnes nulla ratione apposita, contra Decretales Apostolicas refutat, & negat.

[Vmbr.] *Ex quibus omnibus* quilibet colligere potest, quòd quandoquidem sententia Patris Marchantij sit conformior declarationibus Ni-

col.

col. III. & Clem. V. vt ex dictis luculenter patet, quàm opposita; & ex concessis ipsiusmet P. Pelandi, standum est potiùs declarationi Pontificiæ, quàm cœteris Doctorum declarationibus; Papalis enim declaratio omnes obligat ad eius obseruantiam in vtroque foro, cui absque vlla contradictione subiacere tenemur; meritò hæc sententia oppositæ præferri debet.]

83. Comm. Patet equidem etiam cæcis, nisi voluntaria passione obcecati sint, quàm veriùs Rosycius cum suo marchantio, omnibus Reformatam vitam profitentibus, & menti & Regulæ Seraphici Patriarchæ, & Nicol. III. & Clem. V. constitutionibus Apostolicis contradicat.

[Vmbr. Nec instantia P. Ponzanelli de sequenda communi opinione aliquid valet, cui opponitur Maiestas Conditoris Legum, Iustiniani, qui *l. 1. ff. de veter. vir. enucl.* §. 6. Triboniano, alijsque ab eo deligendis viris disertissimis, togatis fori, demandans Prouinciam, colligendi responsa antiquorum prudentum, & ex eis elimatis, conficiendi 50. Libros digestorum: hoc sanè quàm sapiens monitum, inter reliqua dedit: *Sed neque ex multitudine authorum,*

quod

quod melius, aut æquius est, iudicate, cum posset vnius forsan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare. Censuit igitur Imperator præsumptionem de veritate opinionis communis non esse tanti faciendam, quin liceat ab ea successionem facere, quando vnius sententia, ratione (quæ ipsius etiam legis anima est. cap. Consuetudo dist. 19.) meliore, ac subtiliore illam superat; sicut traditur *cap. Capellanus de for.* quamobrem Macagnus tract. de communi opinione c. 8. n. 1. post Felinum, & alios tàm Theologica, Canonica, Legalique Scientia excellentes asserunt, singularem opinionem esse anteponendam communi, quando nititur meliore, & subtiliore ratione, conformiter ad allegoriam Senec. lib. de vita, dicentis. *Tritissima quæque via, & celeberrima, maximè decicipit; nihil ergo magis est præstolandum, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quà eundum est, sed quà itur.* Fateor tamen cum Prateo I. C. Regul. Iuris lib. 3. tit. 7. c. 2. esse temerarium, à communi opinione deflectere ad singularem sine ratione; hoc enim, nec plus probant rationes Patris Ponzanelli adductæ in contrarium.

84. Comm. Admitto vniuersam hanc Rozycij hac in prima parte coronidem; eamque rogo, vt ipse sibi accomodet, & videat

deat quam grauiter sibi,& alijs nocere possit; dum vult nouissimam, & sine fundamento Marchantij doctrinam contra communem, atque tutissimam inter Reformatos, ex Apostolica Constitutione sententiam, mordicùs etiam cum animarum periculo sustinere.

Pars Secunda.

[Vmbr.] IN qua P. Pelandùs impugnat retractationem P.Marchantij, qua retractat Doctrinam, & sententiam primò à se defensam; quòd Scil: Institutio Syndicorum secundùm Martinianam sit contraria Regulæ, & declarationibus Nicol.III. & Clem.V. ostenditque per oppositum, Prouisionem Martini V. de receptione, & administratione pecuniarum per Syndicos, tanquam per Procuratores Romanæ Ecclesiæ, non esse contra Regulam, ac declarationes Nicol.III. & Clem. V. nihil conferre Fratribus, quòd Regulæ rigorem relaxet: sed tantùm benignitate Apostolica nonnulla media prouisa esse, quibus puritati, & quieti Fratrum, & intimæ Regulari Obseruantiæ prouideretur: Quod quidem declarat per sequentem Conclusionem.]

85. Comm-

85. Comm. Cum institutio Syndici Apostolici, vt aperte testatur & Clemens VII. in Bulla *Vacantibus &c.* & SS. Innocentius XI. in Bulla *Solicitudo Pastoralis &c.* 20. Nouembr. 1679. nec fuerit, nec sit Regulæ Minoriticæ relaxatio, sed modus à Romanis Pontificibus pro summa in Ordinem pietate inuentus, quo possent Fratres quietiùs Regulam ipsam sine scrupulis obseruare: ideo Apostolica decreta pro debito venerans, de Syndici validitate non dubito; Sed cum varijs à Pontificibus varia fuerit assignata Syndicorum authoritas, ideo hic examinandum cum Rozycio, quis eorum puriùs, & perfectiùs cum literali, & puriori Regulæ obseruantia consistat? ipse namque Martinianum, nempè à Martino IV. & V. institutum ab illo, qui per Nicol. III, & Clem. V. assignatur, in nullo discordare contendit, ad hoc vt Martinianum inter Reformatos hucusque non concessum passim liceret introducere, vt iam pleræque de Vltramarinis Reformatæ Prouinciæ admittere tentauerant. Cum itaque varia per varios Pontifices sit

eorum

eorum facultas, vt exponit optime Sanctorius; Noto cum Sanctorio ipso in Com. Const. c. 4. stat. 4. amplissimas esse Syndici Apostolici facultates à Martino IV. & V. ab Eugenio IV. & ab alijs concessas à Sixto IV. & Iulio II. & ab Alexandro VI. notabiliter ampliatas, itaut etiam Hæredes possint à benefactoribus institui; & has solùm pro Conuentualibus nostris valere non dubitamus: Martinus V. (vt mox dicemus) ad concessiones Martini IV. multum superaddidit; sed Paulus IV. in Bulla, *Ex Clementi Sedis Apostolicæ &c.* die 1. Iunij 1555. plurimum adauxit, quam ideo concessionem subreptitiam fuisse, & esse probat Sanctor. loco præcitato f. 295. Ver. *Respondeo hanc Bullam*: quod disputare, non est huius loci.

86. Hinc solùm essentialiter adnotandum, duas esse de Syndici Apostolici facultate Martini V. Apostolicas constitutiones, & vnum statutum, quod Martinianum dicitur, quia eius authoritate factum, & ab eo confirmatum. Primum fuit anno sui Pontificatus vndecimo; & in hoc nihil facit, excepto quod Syndicum

à Martino IV. iam olim institutum confirmauit, reuocauitque Extrauagantem Ioann.XXII. *Ad Conditorem Canonum* (Orb. Seraph.tom.1.f.513.)per quã cassauerat ipse Ioannes, omnes, & quascunque Syndici Apostolici deputationes à suis Prædecessoribus factas: vnde iterum Martinus in sui, & Sedis Apostolicæ dominium suscepit res Fratrum Minorum vsui concessas; Syndicosque restituit Apostolicos; Incipit *Amabiles fructos &c.* calend. Nouemb. anno vndecimo.

87. Statutum, quod Martinianũ dicitur, & secundo loco fuit à nobis hìc allegatum, continetur in cap. 4. Constitionum Generalium pro Reformatione totius Ordinis anno 1430. die 15. Iunij à Cardinale Ioanne Ceroantes cum potestate Legati à Latere per Martinum V. deputato, authoritate Apostolica editarum, & deinde ab ipso Martino Papa cum aliqua modificatione confirmatum: ibi ergo in cap. 4. sic ordinatur: *Statuimus iuxta* Declarat. *Nicol. III. Clem. V. & Martini IV.* & ordinationem S.S.D.N.D. Martini Papæ V. *quòd quilibet Conuentus, siue locus habeat suum*

suum Procuratorem &c. Cui omnis eleemosyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter consignentur, qui eadem dispensare debeat legaliter, & fideliter pro reparatione &c. Ita vt in hoc specialiter supra decretales Nicol. III. & Clem. V. authoritatem Syndici notabiliter adauxerit, dum ei conced t, vt tanquam Syndicus Apostolicus nomine S. Sedis accipiat omnes eleemosynas pecuniarias, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, Fratribus quomodocunque oblata, pro eorũ necessitatibus expendenda. Quod in citatis Nicol. & Clem. nullo modo fuerat concessum; sed solùm pro rebus illis accipiendis, & in casu alienandis, quarum vsus esset Fratribus ex Regula permissus; ideo prudentissimè idem subiunxit Apostolicus Legatus. *In omnibus autem, quæ vltra hoc magis videntur arctare Fratres, siue ex declaratione Clementis &c. Apostolica nobis authoritate commissa misericorditer dispensamus;* Hoc ideo factum, etiam consentiente, immo & componente statutum ipsum B. Ioanne à Capistrano, ad hoc (vt notatur in Orb. Seraph.) vt salua qua-

litercunque in essentialibus Regulæ puritate quoad essentialia, possent Conuentuales ad vnionem, & vniformitatem vitæ per constitutiones illas cum Obseruantibus adduci.

88. Tertia Syndici Apostolici prouisio Martiniana, siuè Bulla secunda Martini V. *Ad statum Ordinis &c.* decimo kalen. Septembris, anno Pontificatus 13. nempe nostræ salutis 1430. (Ibid. tom.2.fol.496. num.17.) non à B. Ioanne jà Capistrano, vt falsò ab aliquibus asseritur, sed à Gullielmo de Casali Ministro Generali Ordinis ad fauorem Conuentualium fuit procurata: Inter alia ibi Syndico Apostolico conceditur, *vt in proprietatem Sedis Apostolicæ recipere possit possessiones, & bona quæcunque mobilia, & immobilia, & annuos prouentus; ipsorumque redditus, fructus &c. recipere, tenere, possidere, exigere, illosque in commodum, & vtilitatem fratrum, atque Conuentuum de ipsorum fratrum consilio conuertere.* Quàm latiùs per hæc ampliata fuerit authoritas Syndici Apostolici; explicatione nostra non indiget.

89. Nicol. III. in decretali *Exijt*, &

Clem.V. in sua *Exiui* soli inter omnes Pontifices, qui Regulam Minorum declararunt; se illam ad omnimodum Regulæ rigorem, & ad mentem Sancti Francisci declarare protestantur: pro solis veris, præsentibus, aut imminentibus Fratrum ipsorum necessitatibus Syndicum Apostolicum approbarunt; cui propterea duos solos actus indulserunt; Primò vt nomine Sanctæ Sedis mobilium, & immobilium Fratribus obuenientium possessionem acciperent, sed eorum tantùm, quorum vsus sit eis à Regula permissus. (ex quo pecunia, & omne ad pecuniam reducibile excluditur); de his autem quantū ad necessitates sufficiunt, & in propria specie; nullo verò modo ad superfluitatem, aut quod sapiat thesaurizationem: secundus actus huic Syndico concessus est, vt omnia supradicta Fratrum vsui concessa possit ex causis, & modis ibi deputatis, vendere; pretiumque illorum in Fratrum necessitates veras conuertere: Itaut verissimè dixerint Nicolaus, & Clemens Pontifices, Regulam ad omnimodum rigorem fuisse à seipsis expositam; dum eis medio Syndico non nisi necessaria, in propria specie consumen-

ſumenda, nullo autem modo pecunias, aut res pecuniarias, neque ſuperfluitatem, aut ad maiorem commoditatem, aut ad theſaurizationis apparentiam concedunt.

90. Patres Capucini ad nullam præcisè harum declarationum ex vi, aut Bulla ſuæ inſtitutionis obligantur; Patres Conuentuales omnem qualemcunque diſpenſationem Apoſtolicam admittunt; Patres de Regulari Obſeruantia Syndico Martiniano reſeruato, in reliquis ab anno 1606. ad rigores decretaliũ Nicol. *Exÿt*, & Clem. *Exiui* ſe ſe obligarunt; qua de re videndus eſt Sanctorius in Commen. ad Conſtitutiones generales cap. 4. ſtat. 4. vbi hoc tractat ex profeſſo; ſimiliter & Corduba, & Patti, vbi de Syndico Apoſtolico; ſed præſertim Apoſtolica Conſtitutio, ſiue motus proprius Innocentij XI. *Solicitudo Paſtoralis &c.* 20. Nouembris 1679. edita (Ibid. t. 2. fol. 188.) Noſtri Reformati nulla facta reſeruatione ad omnimodos citat. decretalium *Exÿt*, & *Exiui* rigores, non modo per ſtatuta propria, ſed ab inſtitutione ipſius Reformationis per Conſtitutiones Apoſtolicas Clem. VII. & VIII. Greg. XIII.

& XV. & Vrb. VIII. obligantur; itaut neque authoritate Capituli generalis possint ab eis recedere, vt possent, si ad hæc per sua tantùm statuta forent obligati; Syndicum ergo Apostolicum nullatenus admittere possunt, nisi eo modo, ijsque cum restrictionibus, quibus à Nicolao III. & Clem. V. conceditur.

91. His ex indispensabili necessitate pro faciliori, pleniori, atque tutiori dicendorum intelligentia prænotatis, ad rem nostram reuertimur. Intendit ergo Rozycius ex Marchantio defendere, quòd nulla sit inter Syndicum Martinianum ex vna, & Nicolainum, siue Clementinum ex altera parte differentia; vnde nouitate prorsus inaudita intendit Syndici Martiniani vsum in Reformationem inducere; quod ab illius Vmbræ opacitate obtenebratæ iam non sine grauissimo Strictioris Obseruantię præiudicio, (nisi ex Superiorum zelo fuisset opportunè prouisum,) aliquę Prouincię Vltramarinæ decreuerant, atque de facili poterat in alias irrepere: videamus itaque, quid Rozycius dicat,

Articulus I.

Conclusio.

[Vmbra] *Prouisio illa Martini V., qua Syndici designantur, vt pecunias omnes, eleemosynas in vtilitatem Fratrum oblatas, datas, vel relictas, recipiant, & in necessitates Fratrum expendant, in nullo contrariatur Regulæ, aut declarationibus Pontificum Nicol. III. & Clem. V.* Probatur. Si Prouisio illa Martini V. contrariatur Regulæ, aut declarationibus, id fit, aut respectu Pontificis personæ pecuniarum dominium in se assumentis, aut respectu Syndicorum pecuniam recipientium, & administrantium, aut respectu Fratrum, & modi recursus; sed nihil horum dici potest: Ergo absolutè non contrariatur illis. Minorē probat quo ad omnia tria membra diuersis rationibus, quam negat P. Pelandus, & rationes soluere nititur.]

92. Comm. Martini V. prouisio respectu Syndici, à prouisione facta de eodem per Nicolaum III., & Clementem V. in concessione pecuniæ, in modo, & in quantitate rerum pro Fratribus recipiendarum omnimodè distinguitur, quo ad omnia, & singula tria capita in probatione Rozycij assumpta; vt clarissime patet ex antedictis, & hic

& hic immediatè prænotatis ; quod vt clarius fiat, actus omnes appono, qui Syndicis eisdem à varijs illis Pontificibus conceduntur : & sunt quinque, vt patet in Apostolicis eorum concessionibus, atque per omnes Regulæ Expositores nullo excepto.

93. Nicolaus III. & Clemens V. duos tantùm actus Apostolico Syndico concedunt : primus est, vt Ecclesiæ nomine res omnes mobiles, & imobiles pro Fratribus oblatas, donatas, vel testamento relictas, (excepta semper pecunia) recipere valeat.(Sanctor. in Comm. Const.c.4.stat.4.)

94. Secundus actus est, vt res illas actu primo receptas, si factæ sint inutiles, alienare possit; earumque pretium in fratrum necessitates expendere, & ad nil aliud extenditur.

95. Syndicus Martinianus ad alios tres actus ampliatur, nempe ad illos duos hìc recensitos, & ad alios tres.

96. Tertius est, vt repetere possit relicta fratribus etiam in iudicio, etiam pecuniam.

97. Quartus est, vt agere possit in iudicio

cio pro omnibus caufis, iuribus, & actionibus fratrum Ordini competentibus.

98. Quintus actus eſt, vt nomine Sedis Apoſtolicæ recipere valeat pecunias, reſque pecuniarias vndecunque, & quomodocunque prouenientes; & ipſas in fratrum neceſſitates de mandato Superiorum expendere: qui vltimus à Martino V. conceſſus, à Paulo IV. confirmatur. Iudicent autem alij num iſti tres actus vltimi duobus primis aliquid ſuperaddant.

Membrum I.

[Vmbra] Quia in hoc Martinus V. nil aliud facit, quàm Nicol. III., qui pretium, ſiue pecuniam ex rebus Fratrum vſibus priùs datis, imò ex oblatis diuenditis prouenientem in dominium ſuum aſſumpſit: Ergo non reſpectu Pontificis &c.

Solutio.

Reſpondet P. Pelandus quoad hoc punctum; primò negando, quod aſſumat Pontifex Nicolaus III. *in dominium pecuniam ex rebus diuenditis prouenientem*: negatque, Pontificem in ſua decre-

decretali id insinuare: immo (inquit) *ipse Nicolaus ait: Nec eo animo vt distrahant, seù vendant, recipiant.* Sed.

Contra. Quòd hoc insinuet in sua decretali Nicolaus III. manifestè patet ex dictis suprà in probatione secunda Conclusionis primæ per totum. Vnde Martinus V. in hac sua de Sindici prouisione cap.4. *Statuimus* (inquit) *& ordinamus, iuxta declarationem Nicol. III. & Clem. V. ac Martini IV. Quod quilibet Conuentus, seù locus habeat suum Procuratorem œconomum, Syndicum, & actorem, cui omnis eleemosyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter consignentur &c.*]

99. Comm. Respondeo neg. paritatem; nam Nicol. ea solùm à Syndico vendi permittit, & pretium recipi, quæ priùs licitè, ad necessarium, & licitum vsum fratribus fuerant concessa; Martinus verò amplissimè ad omnia se protendit, & oblata, & procurata etiam sub qualitate pecuniæ, & rerum ad vendendum acceptarum, quæ Nicolaus nullo modo vult in se recipere. Ad probationem in contrarium, dico notanda esse verba statuti illius Martiniani; non enim dicit, *iuxta decretalem Nicolai, & Clementis*; sed superaddit, ac *Martini IV. & V.*

quia nempe non ignorabat Pontifex, siue Capistranus statuti director; per Nicolai declarationem minorem fieri, modo hic explicato, Syndico concessionem; at longè maiorem à Martino IV. & V. idest, vt dixi, ad omnem qualemcunque pecuniariam eleemosynam.

[Vmbra] Respondet secundò, *falsum esse, quòd Martinus V. nil aliud faciat, quàm Nicol. III.* quod sic ostendit: *Nam Martinus V. assumit in dominium pecuniam à Fratribus per recursum procuratam, vel liberaliter, aut ex laboritio eis oblatam: Nicol. III. verò minimè; sed vult, quòd pecunia illa secundùm Regulæ puritatem, remaneat in proprietate, & dominio offerentium, & donantium, donec in Fratrum necessitates sit expensa. Item Martin. V. recipit in dominium non solùm omnes pecuniarias eleemosynas, sed etiam ea, quæ, ad pecuniam reduci possunt, vt constat ex Martiniana cap. 4. Nicol. verò III. nec pecuniam, nec reducibilia ad pecuniam recipit; Et sic patet (inquit) Martinianam contrariari Regulæ, & declarationibus Pontificis Nicolai III. et Clem. V. respectu Pontificis pecuniam in dominium assumentis, et per consequens clarissimum est, hoc primum Membrum non esse verum* Sed

Contra. Quamuis materialiter, & indiuidualiter, aliud faciat Martinus V. quàm Nicolaus III. formaliter tamen, & specificè idem

omni-

omnino facit vterque. Nam ſicut Nicol III. de pecunijs ex pretio rerum, quæ in vſu fratrum anteà fuerunt, per Procuratores ſuos diuenditarum prouenientibus prouiderat; ſcil. vt ad Eccleſiæ dominium pertinerent, in genere piorum donorũ; donec in neceſſitates Fratrum eſſent expenſæ; idem de pecunijs, ſub incerto dominio velut relictis, & abiectis per dantes (ſiue ſint per recurſum pro neceſſitatibus præſentibus, aut imminentibus procuratæ, ſiue liberaliter oblatæ, ſiue pro laboritio) Martinus V. ordinauit; Conſequenter non aliud voluit formaliter, quàm Nicol. III. ſicut v. g. ſi quiſpiam pro eleemoſyna expenderet vnum Imperialem, & alter eiuſdem pretij, vel maioris victum; quamuis materialiter aliud faceret vnus, quàm alter; formaliter tamen vterque idem exerceret, ſcil. eiuſdem virtutis actum.]

100. Com. Expoſitio hæc de identitate formali, non materiali inter conceſſionem Nicolai III. & Martini V. eſt vltra nimium extorta; non enim comparari debent ad inuicem, niſi per modum excedentis, & exceſſi; quia Martinus præ Nicolao longè plura, & ampliora conceſſit; neque vera eſt ſimilitudo de Imperialem vnum, & eius iuſtum valorem expendente; ſed per exceſ-

quia nempe non ignorabat Pontifex, siue Capistranus statuti director; per Nicolai declarationem minorem fieri, modo hìc explicato, Syndico concessionem; at longè maiorem à Martino IV. & V. idest, vt dixi, ad omnem qualemcunque pecuniariam eleemosynam.

[Vmbra] Respondet secundò, *falsum esse, quòd Martinus V. nil aliud faciat, quàm Nicol. III.* quod sic ostendit: *Nam Martinus V. assumit in dominium pecuniam à Fratribus per recursum procuratam, vel liberaliter, aut ex laboritio eis oblatam: Nicol. III. verò minimè; sed vult, quòd pecunia illa secundùm Regulæ puritatem, remaneat in proprietate, & dominio offerentium, & donantium, donec in Fratrum necessitates sit expensa. Item Martin. V. recipit in dominium non solùm omnes pecuniarias eleemosynas, sed etiam ea, quæ, ad pecuniam reduci possunt, vt constat ex Martiniana cap. 4. Nicol. verò III. nec pecuniam, nec reducibilia ad pecuniam recipit; Et sic patet (inquit) Martinianam contrariari Regulæ, & declarationibus Pontificis Nicolai III. et Clem. V. respectu Pontificis pecuniam in dominium assumentis, et per consequens clarissimum est, hoc primum Membrum non esse verum.* Sed

Contra. Quamuis materialiter, & indiuidualiter, aliud faciat Martinus V. quàm Nicolaus III. formaliter tamen, & specificè idem,

omni-

omnino facit vterque. Nam ſicut Nicol III. de pecunijs ex pretio rerum; quæ in vſu fratrum anteà fuerunt, per Procuratores ſuos diuenditarum prouenientibus prouiderat; ſcil. vt ad Eccleſiæ dominium pertinerent, in genere piorum donorũ; donec in neceſſitates Fratrum eſſent expenſæ; idem de pecunijs, ſub incerto dominio velut relictis, & ablectis per dantes (ſiue ſint per recurſum pro neceſſitatibus præſentibus, aut imminentibus procuratæ, ſiue liberaliter oblatæ, ſiue pro laboritio) Martinus V. ordinauit; Conſequenter non aliud voluit formaliter, quàm Nicol. III. ſicut v. g. ſi quiſpiam pro eleemoſyna expenderet vnum Imperialem, & alter eiuſdem pretij, vel maioris victum; quamuis materialiter aliud faceret vnus, quàm alter; formaliter tamen vterque idem exerceret, ſcil. eiuſdem virtutis actum.]

100. Com. Expoſitio hæc de identitate formali, non materiali inter conceſſionem Nicolai III. & Martini V. eſt vltra nimium extorta; non enim comparari debent ad inuicem, niſi per modum excedentis, & exceſſi; quia Martinus præ Nicolao longè plura, & ampliora conceſſit; neque vera eſt ſimilitudo de Imperialem vnum, & eius iuſtum valorem expendente; ſed per exceſ-

ſum

ſum ſuperat Syndicus Martinianus; Nicolaus enim id ſolùm vendi concedit à Syndico, quod iam ſub modo licito Fratribus conceſſum, tranſierat in poteſtatem Eccleſiæ: nullo verò modo,quæ à dante offeruntur, vel à fratribus procurantur, ad ſuperfluitatem &c. & maximè ſi pecuniæ naturam aſſumant, quod facere Martinus indulſit.

[Vmbra] Et quando Nicolaus III. pecunias huiuſmodi vult manere in proprietate, & dominio donantium, ac offerentium, donec in neceſſitates Fratrum ſint expenſæ, ſupponit, quòd illius dominium ſibi reſeruauerint donantes, ac offerentes; vt colligitur, tam ex illa ratione, qua aſſumit in dominium pecuniam ex rebus, quæ fuerunt in vſu Fratrum, prouenientem, & ipſas res huiuſmodi, ne ſcil. remaneant ſub incerto dominio.]

101. Comm. Neque Nicolaus ea tantùm fratribus oblata, aut procurata repellit à ſuo dominio, quæ dantes ſibi ſpecialiter reſeruant; ſed & omnia, quæ ſuperfluitatem, pretioſitatem, aut theſaurizationem ſapiunt; multòque magis, quæ pecuniæ

natu-

naturam assumunt; ad quæ omnia extenditur Martiniana concessio. Neque pretium de venditis ex sua concessione recipit, quia derelictum, & sub incerto dominio, sed vt pretium rei iam secundùm Regulam licitæ in Sedis Apostolicæ dominium assumptæ.

[Vmbra] Tum ex statutis Reformatorum supra fol. 31. 32. præsertim dum cap. 4. dicunt, Syndicum debere habere curam eleemosynæ pecuniariæ pro necessitatibus assignatæ præsentibus, vel imminentibus; casu quo ille, qui dedit, nollet eam seruare; Et quod ibi sit sermo de Syndico, vt Syndico patet; nam volunt, illum nominari à Generali, & Prouinciali, quod ad Syndicum vt substitutum dantis non requiritur.]

102. Comm. Quomodo statutum illud Reformat. cap.4. num.3. malè interpretatur à Rozycio, explicatũ est superiùs n. 44. & si enim nominent ibi Syndicum vt Syndicum reduplicatiuè, & ideò à Prælatis nominandum; tamen in illa pecuniæ receptione se habet vt dantis substitutus ex ratione ibi per nos allata.

(Vm-

(Vmbra) Quod si fortè etiam Nicol. III. non voluisset hoc de pecunia per recursum procurata, aut liberaliter, vel pro laboritio fratribus oblata; non sequitur, quò minùs id potuerit facere Martinus V. absque præiudicio Regulæ; sicut fecit Nicolaus III. de illa, quæ prouenit ex venditione rerum mobilium, quæ erant in vsu Fratrum; cum eadem sit vtriusque ratio.)

103. Comm. Vltrò do manus, amantissime frater; supremam super omnes Regulas, & Ordinum constitutiones Sedis Apostolicę potestatem veneror: non tamen debes, aut potes abinde deducere, quod eadem sit vtriusque concessio, cum vnam præ alia longè ampliorem esse, nemo non cognoscat.

(Vmbra) *Quando vlterius* addit P. Pelandus, Nicolaum nec pecunias, nec reducibilia ad pecuniam, recipere in dominium; hoc manifestè falsum est: Tum ex dictis immediatè de pecunijs ex venditione rerum mobilium, quæ erant priùs in vsu Fratrum, prouenientibus, & ipsis etiam rebus huiusmodi, quæ iure dicuntur reduci ad pecuniam; quia licèt sint receptæ animo, vt eis in suis necessitatibus Fratres imme-

diatè

diatè vtantur; attamen secundùm P. Pelandum in solutione ad sextam probationem, si postea in toto, vel in parte retinentur, & asseruantur, vt vendantur, pecunia sunt (essetque idem pecuniam habere, & vti pecunia:) Quòd enim hæc sint in dominio Papæ, fatetur ipsemet P. Pelandus fol. 75. §. *Quia si Doctor*: vbi dicit non solùm res ipsas mobiles, quæ fuerunt in vsu fratrum; sed & pecuniam ex ijs prouenientem, esse in certissimo dominio Sedis Apostolicæ; idque clarissimè colligitur ex transumpto Instrumenti Cardinalis Matthæi Protectoris Ordinis ad Archiepiscopos, & Episcopos Germaniæ *dat. Romæ* 1280. *kalend. Maij Pontificatus Nicolai III. anno* 3. vno scilicet anno post declarationem, seù Extrauagantem ipsius: *Exijt, qui seminat etc.* quæ data erat 18. *kalend. Septembris Pontificatus eiusdem anno* 2. Quod quidem Instrumentum continet executionem Procuratorum Apostolicorum iuxta declarationem Nicolai III. factam, per Treuirensem Archiepiscopum 1281. in Crastino omnium Sanctorum; in quo Instrumento inter alia habetur: Procuratores illos, siue Syndicos instituti ad recipiendum pretium, siue pecuniam de mobilibus, quæ sunt in vsu fratrum, prouenientem, & vt huiusmodi pretium, seù pecuniam illam, quæ priùs deposita fuerat apud alios Procuratores, seù Syndicos aliter institutos recipiant.]

104 Comm. Pudet in circuli tam multiplici repetitione diutiùs immorari. Quia illa ex conceſſione Nicolai vendibilia, iam vt fratrum vſui licita tranſierant in dominium Sedis Apoſtolicæ: ideoque pretium eorum eiuſdem authoritate conſumitur; quod non valet in reliquis à Nicolao reiectis.

[Vmbra] Deinde Nicol. III. in ſpeciali caſu, quo ſcilicet donans Principalis moreretur, voluit pecuniam apud Depoſitarium, ſiue ſubſtitutum depoſitam pro neceſſitatibus Fratrum, in illas, etiam contradicente vero hærede, expendi, quæ donec expenſa ſit (cum non ſit ampliùs donantis, qui mortuus eſt, nec ſubſtituti, qui ſolùm eſt Miniſter, & ab hærede abſtrahatur) neceſſariò ex vi declarationum Nicolai III. ad dominium Eccleſiæ, & Pontificis reddit. *Vide declarationem Nicolai III. art.* 6. quid faciendum. Quamobrem *Corduba* in cap.4. q.16. punct. 3. ad omnes eleemoſynas, etiam pecuniarias in teſtamento relictas, & ad illas in iudicio, vel extra repetendas, nomine Eccleſiæ licitè poſſe vti Syndico affirmat; (ſi tali legato verè Fratres indigeant) eo quòd dominium eorum, vel ſaltem diſpenſatio ad Papam pertinere probatur iuxta immediatè dicta; idque per decretalem Nicolai concedi affirmat, §. *Ad hæc*,

vbi

vbi agens de legatis Pontifex præcipit, quòd tam hæredes, quàm executores, quàm Iudices, seù alij Prælati, ex officio proprio diligenter procurent,& faciant, quòd talia legata diligenter soluantur, & piæ defunctorum voluntates impleantur, subiungit: *Nam & nos etiam per modos licitos, & fratrum Regulæ congruos intendimus prouidere etc.* Ex quibus verbis patet, quòd intendebat Summus Pontifex prouidere de Syndico, qui posset nomine Ecclesiæ talia legata repetere; quod postmodùm non fecit, vel morte præuentus, vel aliàs præpeditus. Et ideò Martinus IV. & alii eius successores prædicti executioni mandarunt, quod Nicolaus ipse mandare non potuit; Et quòd id fieri possit secundùm Regulæ puritatem, ex eiusdem Martini IV. Bulla comprobatur: dicitur enim ibi, quòd per hanc Syndici prouisionem dantur remedia opportuna, per quæ nostri Ordinis pura obseruantia, in sui vigore conseruetur; Quam opinionem Cordubæ, Hieronymus à Politio satis rationabilem, & in nullo Regulæ puritati præiudicare censet, *in cap.* 4. *num.* 50. Quamuis Speculatoris, & Collectoris modum (quoad iuridicam dumtaxat repetitionem) sanctiorem ad ædificationem populi putet.]

105. Comm. Hæc est omnino voluntaria Decretalis illius ignorantia. Statuit

Pontifex ibi §. *Ad maiorem*, vt persona per dantem deputata res dante ipso viuente nondum consumptas in Fratrum necessitates expendat illo defuncto, etiam inuito hærede; quia vt supremus Princeps Ecclesiæ debet eniti ne ab iniquo hærede fiat iniuria testatori, qui eo casu vellet vt suum vsurpare, quod suum re verà non est, sed à testatore pro anima sua donatum. Item §. *Ad hæc* statuit eodem modo, & eadem de causa, vt hæredes, & Iudices &c. sint soliciti ad exequendas pias testantium voluntates, ex quibus vult Fratrum necessitatibus, & de mortui animæ prouideri: Ergo Pontifex in vtroque loco illius pecuniæ possessionem in se assumpsit; Quæ nam hæc consequentia? vbi citatis in textibus apparet, vel eius indicium? At longè peior est, quæ ibidem immediatè fingitur ex verbis illis Papæ, *Quia & nos per modos licitos &c. intendimus prouidere &c.* Sed Pontifex morte præuentus, vel aliàs præpeditus prouidere non potuit, quod suppleuit Martinus IV. Nonne clarissima est ibi modo per Pontificem declarato prouisio ad frenandam hæredum cupiditatem,

& ad

& ad implendas pias testantium voluntates per illud ibi positum decretum in toto illo §. expositum, & Iudicibus, & cæteris intimata? De Cordubæ, atque Politij opinione nihil est apud Reformatos, vt sæpe docuimus.

Vmbr. [Pergit vlteriùs P.Pelandus, adducens ex P.Marchant, quòd in confirmationem huius membri dicat: Non alia ratione hanc prouisionem facere Martinum V. quàm illa, qua vtitur Nicolaus; nimirum ne res, & rerum pretia, siue pecuniæ sub incerto dominio maneant; cum non sit persona, in quam dominium rerum, & pecuniarum pro Deo oblatarum deuoluatur, quàm persona Summi Pontificis, vel Ecclesiæ Romanæ; Sed quòd in hoc decipiatur P.Marchantius, deducit ex quatuor.

Primò. Quia Nicol. III. loquitur solùm de rebus mobilibus, & immobilibus, quibus Fratres licitè vtuntur, dicens: quòd assumit eas in dominium, & proprietatem Romanæ Ecclesię, ne sub incerto dominio maneant. Nec vllam facit mentionem de rerum pretijs, seu pecunijs, quas ipse P. Recollectus addit, vt existimo, ad libitum suum, vt efficere valeat conformitatem, & identitatem à se intentam inter Martinum, & Nicolaum.

Sed potiùs P. Pelandus maximè decipitur in intelligenda propositione P. Marchant. P. enim

Marchant, non allegat illam rationem Nicolai, quaſi illam in terminis ponat Nicolaus loquendo de rerum pretijs ſiue pecunijs; ſed dicit: quòd Nicolaus res in vſu Fratrum ante exiſtentes, (de quibus expreſsam facit mentionem) ac conſequenter earum pretia, ſiue pecuniam ex eis prouenientem recipit in dominium Sedis Apoſtolicæ, quia cum res, quæ ſunt in vſu Fratrum, ſint in dominio , & proprietate Sedis Apoſtolicæ, conſequenter etiam pecuniam ex eis proueniens eſt in dominium Sedis Apoſtolicæ , vt etiam ipſemet P. Pelandus infra affirmat . Ex hoc P. Marchant. arguit à paritate rationis videlicet; quòd ſicut Nicol. III. res mobiles, & immobiles, quibus licitè Fratres vtuntur , aſsumit in Dominium Romanæ Eccleſiæ, ne ſub incerto dominio maneant abſque præiudicio Regulæ : ita eadem ratione potuiſſe , & de facto feciſse idem Mart. V. de pecunia per recurſum, vel liberaliter, vel pro laboritio oblata Fratribus.]

106. Comm. Confirmo iterum, iterumque confirmo, potuiſſe ita concedere Martinum; ſed cum ampliori extenſione facultatis in Syndicum ; quod eſt punctum controuerſiæ .

Vmbr. [*Secundò* dicit decipi *P. Marchantium; quia ſi Doctor iſ e(inquit) intelligit, quòd Nicol. III. aſſumpſit in dominium pretia, & pecunias prouenientes*

ex venditione mobiliũ, quę in vsu Fratrum sunt, ne maneant sub dominio incerto; hoc non videtur verum: quia cum res mobiles, quę sunt in vsu Fratrum, sint in dominio, & proprietate Sedis Apostolicę cõsequenter; & pecunia ex illis proueniens est dominio certo, imò certissimo Sedis Apostolicæ: nec potest dici vllo modo, quòd Sedes Apostolica assumat illam in dominium sub hac ratione, videlicet; ne sub incerto dominio maneat. Sed

Contra. Eadem ratione, qua res, quibus vtebantur Fratres, asſumuntur in dominium Ecclesiæ, asſumitur pretium illarum, siue pecunia ex illis proueniens; Nam accesſorium sequitur naturam sui principalis; sed res vendendæ, quibus Fratres licitè vtebantur, asſumuntur in dominium Eccl. Rom. ea ratione, ne sub incerto dominio maneãt: Ergo eadem ratione asſumitur in dominium Ecclesiæ pretium illarum, seu pecunia ex ijs proueniens: Ergo sicut postquam semel illæ res sunt asſumptæ in dominium Ecclesiæ, hoc non obstante, quod sint in dominio certissimo eius; adhuc de illis verum est dicere, quod sint asſumptæ ea ratione, ne maneant sub incerto dominio: ita non obstante, quòd etiam postquam pretium earum est semel asſumptum in dominium Papæ, estque in dominio certissimo eius, quatenus res illæ sunt in dominio eius; verum erit de illo pretio, seu pecunia dicere, quòd sit asſumpta in dominium Papæ, seù Ecclesiæ sub hac ratione, ne sub incerto dominio

maneat; & ita falſum eſt, quod in ſua reſponſione dicit P.Pelandus.

Ttrtiò. Deducit, decipi Patrem Marchant. in allegatione Nicol.III. *Quia*(inquit) *idem Doctor dicit, quòd Mart.V. aſſumit in dominium eleemoſynas pecuniarias, & alia ad pecuniam reducibilia eadem ratione, qua Nicol III. ſcil. ne maneant ſub dominio incerto; ſed neque hoc verum videtur; nam hæc ratio ſcil. ne res mobiles, & immobiles, quibus Ordo licitè vtitur, ſub incerto dominio maneant, à Nicol. III. fuit expreſſa, non autem à Martin. V. reſpectu rerum, & pecuniarum, ſed videtur ad libitum addita à P. Recollecto, vt Martinus videatur Nicolao conformis.*

Contra. Licet Mart.V. rationem illam reſpectu rerum, & pecuniarum, quas in dominium recipit, non exprimat; tamen id facilè colligi poteſt, quòd propter eam id faciat, ex motiuo, quo inter alia motus, præfatam diſpoſitionem fecit; quia ſcil. donantes pecunias, vt plurimùm non obſtantibus Fratrum informationibus, & proteſtationibus in Declarationibus Nicol.III. expreſſis, quando pecunias pro amore Dei donabant, pro neceſſitatibus præſentibus, vel imminentibus Fratrum à ſe dominium earum, & poteſtatem abdicare intendebant; prout & communiter modo intendunt non intelligentes iſtas proteſtationes; ſed pro Cœremonijs vrbanis illas reputantes; quod ampliùs credunt, ſpendendo pro Officijs Diuinis, Prædicationibus

&c.

&c. pecuniam præstant, arbitrantes se naturali saltem, gratitudine obligari; Idque recognoscunt, & fatentur Constitutiones Generales Iulij Secundi (etsi in pluribus Priuilegiatæ) quæ cap. 4. referentes causam, cur Martinus V. hanc prouisionem dederit, non aliam ponunt, quàm quòd quidam dando liberè, vel legando pecuniam, nedum volunt, & intendunt, immò verbo exprimũt &c. se eo ipso à se ipsis dominiũ taliũ abdicare &c. quæ pecuniæ, cum non essent hactenus in dominium Ecclesiæ receptæ, angebantur Fratres, quomodo ad illas recurrere possent, vel in suas necessitates procurare expendi, sine authoritate alicuius veri Possessoris, qualem in his neminem cognoscebant: Igitur Martinus V. volens his anxietatibus prouidere, accepit in se dominium illarum pecuniarum, si quæ fortè sic abdicatæ essent, vt certum dominium non haberent, vel intelligerentur non habere.

Quartò. Putat decipi P. Marchantium in allegando præfato Nicol. III. textu *Quia* (inquit) *Nicol. III. vult, quòd pecuniæ à Fratribus per recursum procuratæ, vel eis liberaliter, aut ex laboritio oblatæ, remaneant in proprietate, & dominio donantium, donec in Fratrum necessitates expendantur; & per consequens non potest dici, quòd sint sub incerto dominio: Ergo verum non videtur, quod Mart. V assumat eas in dominium sub hac ratione, ne maneant sub incerto dominio.*

Contra. Hoc est quòd Martinus V. non accepit

pit in se dominium pecuniæ cuiusuis, sed illius dumtaxat, quæ nullum haberet dominium, vtpotè pecuniæ, quàm donans, vel legans à se omnino abdicasse intelligeretur, vel censeretur; qua ratione (vt colligitur ex Nicol.III. assumente in dominium res mobiles, & immobiles, quibus licitè vtuntur Fratres) manere censeatur sub incerto dominio. Sed]

107. Comm. Hæc omnia, sæpiùs recantata nil essentiale continent ad intentum; iamque sæpiùs fuere declarata. Hìc essentialiter disputatur, an sit eadem concessio Martini V. pro Syndico, sicut & concessio Nicolai; & probatur euidentissimè illam esse & in modo, & in obiecto longè ampliorem.

Vmb. [*Instat* P. Pelandus: *Sed textus Martinianæ id non dicit, sed absolutè ait: Cui (Syndico) omnis eleemosyna pecuniaria, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, integraliter consignentur.*

Quòd tamen cum prædicta limitatione debeat intelligi Textus Martinianæ, patet ex dictis immediatè ad tertium; Nec est credibile, quòd Pontifex voluerit auferre dominium donantium, & sibi appropriare, si illud sibi reseruassent.]

108.

108. Comm. At illa conditio suppositata de donante pecuniam, quòd illam à se penitùs abdicare intendat, Fratribus saltem indoctis est incognita; vnde si necessariò supponatur, multis scrupulis, & erroribus aditum aperiet. Et Nicolaus neque pecuniam à dante penitùs, & expressè abdicatam in se recipit; sed vult, quod ad eã recipiendam alius ex dantis authoritate substituatur; Ecce maxima differentia; Hæc omnia in secundo membro huius conclusionis clariùs elucescent.

Membrum II.

Vmb. ¶ Hic P. Pelandus adducit probationem P. Marchantij, qua probat Martinianam non contrariari Regulæ, nec dictis declarationibus Pontificijs respectu Syndicorum pecuniam recipientium, & administrantium, hoc modo: quia Syndici duplicem personam gerunt, nimirum substitutorum donantium respectu pecuniæ, cuius dominium sibi dantes reseruarunt; & substitutorũ Papæ respectu pecuniarum, quæ ad dominium Papæ reuertuntur, dum illud donantes à se ablegasse censentur. Itaque siuè sint substituti donantium, siuè substituti Papæ, qui

in hoc casu representat donantes, nihil Regulæ, aut Declarationibus officiunt; & ità habet P.Marchantius.

Solutio.

Rèspondet P.Pelandus, *quòd licèt possit saluari, hoc non officere respectu pecuniæ, quæ Syndicis daretur sine Fratrum scitu, & sine eorum consensu, ad quos tanquam ad amicos spirituales recurrerent, sicut facerent ad quemlibet alium; attamen respectu pecuniæ, quæ à Fratribus per recursum procuratur, vel eis liberaliter, aut ex laboritio offertur, patet manifestè, quòd Regulæ, & declarationibus officit: Nam ex Nicol.III. constat, quòd non possunt Fratres statim præsentare, vel nominare Syndicum, nec personam aliam, cui pecunia committatur; quia hoc modo esset persona interposita, contra Regulam; Sed si dantes nollent per se expendere pecuniam in Fratrum necessitates, debent substitutos nominare; & quando nollent; Sed vellent, quòd Persona nominetur à Fratribus, tunc nominare possent, itaut pecuniæ dominium apud dantes maneat, donec in Fratrum necessitates sit expensa. Etsi iste modus seruatur, declarat idem Nicol.III. §.Cæterùm; Quòd in nullo infringitur Regulæ puritas, aut quomodolibet eius obseruantia maculatur. Vnde per oppositum nominando, vel presentando statim Syndicum, vel personam aliam ad recipiendum dictam pecuniam se-*

cun-

cundum eumdem Nicol. Regulæ puritas infringitur, & eius obseruantia maculatur.

Modo secundùm Martinianam, potest statim, & immediatè Syndicus nominari, ad recipiendam dictam pecuniam à Fratribus per recursum procuratam, vel eis liberaliter oblatam, aut pro laboritio donatam; itaut eius dominium apud donantes (nisi illud sibi reseruent) non remaneat, sed in Summum Pontificem transeat. Ex quo patet, quòd etiam secundùm membrum non est verum; nimirùm quod Martiniana in nullo sit contraria Regulæ, aut Declarationibus Nicol.III.& Clem.V.respectu Syndicorum pecuniam recipientium; quia vt ostensum est, verè contraria est, & non est ibi illa omnimoda conformitas, & identitas, quàm fatetur esse Doctor Recollectus. Ita P.Pelandus. Sed

Contrà arguitur sic. Etiam respectu pecuniæ, quæ à Fratribus per recursum procuratur, vel eis liberaliter, aut ex laboritio offertur, supposito (vt debet semper supponi) quòd adsit vera necessitas præsens, vel imminens, Syndicus præfatus nõ officit Regulæ,& Declarationibus: ergo responsio nulla. Antecedens probatur: ex hoc solùm officeret, vt vult P.Pelandus, quòd secundùm Martinianam possit statim Syndicus nominari ad recipiendam dictam pecuniam, à Fratribus per recursum procuratam, vel eis liberaliter, aut ex laboritio oblatam; atque sic Syndicus esset persona interposita contra Regulam; sed ex hoc capite non officit Regulæ:

quia

quia si consideretur Syndicus vt substitutus dãtium; quamuis nominetur, aut præsentetur à Fratribus ipsis donantibus, etiam antequam illi dicant; se nolle per se pecuniam expendere, nec nosse aliquem, cui committant, modò authoritatem circa pecuniam Syndicus prænominatus, non à Fratribus, sed à proprietario accipiat (quod fieri potest, sic expressè, & immediatè, siue ex probabiliter præsumpta dantis voluntate) non erit persona interposita, quæ nunquam est, nisi cum authoritatem circa pecunias expendendas à Fratribus accipit: ergo ex hoc capite non officit Regulæ: & quamuis id videtur prohibere Declaratio Nicol. III. & Clem. V. de facto tamen id non prohibet; sed solùm monet, & ad cautelam maiorem hortatur, ob periculum trasgressionis Regulæ: vt infra dicetur fusiùs.

Quòd si Syndicus præfatus consideretur, vt substitutus Papæ, qui in hoc casu repræsentat donantes; multò minùs officit Regulę, & Declarationibus; Quod probatur: licuit Fratribus Minoribus ex Regula, & Nicol. III. & de facto licèt cum puritate conscientiæ, quando Dominus pecuniæ non vult, aut non potest commodè pecunias expendere in necessitates Fratrum, nominare, & ex consensu, ac voluntate principalis Domini subrogare personam quamcumque idoneam, quæ nomine Domini principalis pecuniam expendat in veras necessita-

sitates; cum persona sic subrogata ità agere, sicut cum prima, siue Domino pecuniæ licebat. Sed in casu nostro nominare Syndicum, siue Procuratorem ex consensu Papæ ad venditiones rerum, & expensionem pecuniæ in necessitates; nihil aliud est, quàm ex consensu, & voluntate principalis Domini (qui in hoc casu est Papa) cum per se non velit subrogare personam, quæ nomine eius expendat pecuniam in veras necessitates præsentes, vel imminentes: Ergo cum Regulæ paritate licet tales personas nominare, subrogare, cum ita Pontifex tanquam Dominus principalis ordinet, & velit: Atque sic seruatur modus Nicolai.]

109. Comm. Quia totus hic discursus faciendo vim in verbis potiùs, quàm in vlla, vel apparenti ratione fundatus id vnũ euincere conatur, vt contra omnes vnanimiter expositores Regulæ Syndicum Nicolai III. Papæ ad Martinianum, vt vocant, pertrahat; & hunc ad Reformatos Strictioris Obseruantiæ professores contra prohibitiones Apostolicas extendere liceat; quid realiter pro veritate hac in re sentiendum sit, exponam; deinde controuersia essentiali, siue reali dilucidata, si quæ verba erunt in Vmbræ textu, quæ veluti

con-

condenſata folia Vmbram ipſam defendere videantur, explanabo.

110. Noto primùm, nullum extitiſſe ante Marchantium, & Rozycium, qui Syndicum inter Nicolainum, atque Martinianum identitatem hìc prætenſam, vel ſomniauerit: Neque qui laxiora Martini V. Sixti IV. & Iulij II. admiſerunt indulta; neque Obſeruantes, qui præallegata de cauſa, ad ineundam ſcilicet cum Conuentualibus vnionem, Duce B. Capiſtrano, ampliores Martini IV. & V. facultates admiſerunt, dixerunt vnquam, ſe ad Nicolai III. & Clem. V. Strictiores expoſitiones obligari hac in parte, vbi agitur de Syndico; ſed ſemper Martinianas extenſiones palàm admiſerunt; vt diximus; & fuſiùs infrà dicemus; ſolùm ab anno 1606. in Capitulo Toletano (Orb. Seraph. tom. 3. fol. 596.) & pluries in ſubſequentibus proteſtati ſunt, ſe ad præcitatas Nicolai, & Clementis Decretales abſque vlla diſpenſatione viuere velle, quod ab Vrbano VIII. anno 1625. per Breue *Sacroſanctum &c.* confirmatum, fuit ab eiſdem ſæpiùs renouatum, & nouiſſimè ab Innoc. XI. iterum con-

confirmatum; at quo modo his non obſtantibus vſum Syndici Martiniani ſibi reſeruauerint; declarant optimè Santorius, Monza, & alij, neque damnat Innoc. XI. præcitatas in ſuo motu proprio; *Solicitudo* 1679.

111. Non ergo hìc diſputamus, an liceat, ſalua Regulæ ſaltem eſſentiali puritate, vti Syndico Apoſtolico, quod indubitatum ſuppono; ſed an magis limitata ſit authoritas Sindici Nicolaini, ad quem proinde per Conſtitutiones Apoſtolicas obligantur Reformati, itaut vti non poſſint Martiniano? Rozycius prætendit inter vtramque identitatem, ſed contra Rozycium ſtant non modò Reformati vniuerſi; ſed & omnes Expoſitores, quandiù Ordo indiuiſus in pura Regulæ obſeruantia permanſit; Immò, quod ſingulariter eſt notandum, cum Martinus IV. poſt Nicol. III. per duos actus ſuperadditos, nempè Tertium, & quartum ſupra recenſitos authoritatem Syndici ampliaſſet, ſuccedens poſtea Clemens V. volens in ſua Decretali. *Exiui*, in Conſilio Viennenſi examinata, Ordinem vniuerſum in puritate Regulæ

conſtituere, in facto Syndici, non ad Martinum IV. ſed ad Nicolaum III. ſe retulit, eiuſque Conſtitutionem confirmauit, & rigorosè obſeruari præcepit; multòque magis valet argumentum contra longè ampliorem facultatem a Martino V. ſucceſſiuè conceſſam.

112. Ego tamen maioris ergo ponderis, ac euidentiæ, non antiquiores illos Patres Zelotes, non Reformatos, ſed ex Obſeruantia Regulari Cordubam ab omnibus pro merito commendatiſſimum Rozycio hìc opponam, vt eum de maxima inter vtrumque Syndicum differentia irrefragabilitèr conuincat.

113. Corduba ergo in c.4. Regulę q.8. de modo, & conditionibus procurandi; & deponendi pro Fratrum neceſſitatibus pecuniam; ſic ait; [Reſpondeo, quod nos poſſumus habere vno modo per Syndicum Papæ, *ſecundùm diſpenſationem Martini IV. & Martini V.* & hoc modo nos haberemus faciliùs, *licèt non tam purè, nec omninò ſecundùm Regulam; & non teneremur ſeruare multa, quæ in hac q. 8. & ſequentibus habentur,*] ideſt de modis, cauſis, & caute-

lis

lis à Nicol.& Clem.constitutis. (alio modo secũdùm declarationes Nicol.III.& Clem. V. *per amicos spirituales secundùm Regulam*; & hoc modo seruanda sunt multa, quæ in hac quæst. & seqq. exponuntur.) Subsequenter exindè conditiones illas exponit. Nota ergo Rozyci: extraneo à teste, qui sua pro Regulari Obseruantia pugnare non cessat, quantùm iustitia permittit; sed passioni non cedit; Nota, inquam, ly *secundùm dispensationem*, ly, *licèt non omninò purè*, ly *non teneremur seruare multa*; ly *per amicos spirituales secundùm Regulam*: per hæc sola tuus omnis hac in disputatione conatus euanescit.

114. Deinde ibidem exponens secundam conditionem pro legitimo habendo recursu ad pecuniam, docet ipse Corduba, debere nos, non secundùm concessionem Martinianam, quæ liberam dat omnino pecuniarum receptionem, Syndico: Sed solùm ex Nicol. III. in art. 3. ver. *Ita tamen*, exponere amico spirituali necessitatem specialem, veram, præsentem, vel imminentem, pro qua pecuniam postulamus, quia postulando tantùm pro

necessitatibus in generali, remanet nobis deinde libera dispositio ipsius pecuniæ, vt eam pro libito ad hanc, vel aliam necessitatem expendi disponamus; talis autem pecuniam procurandi modus in generali est quæstus pecuniarius, vel ei multùm affinis, à Clem. V. in art. 6. prohibitus: ad idem facit textus Nicolai art. 3. §. *quia verò*; vbi determinat, quid agendum sit de pecunia, quæ vltrà determinatam necessitatem Danti notificatam supersit; ergo supponit specificari debere determinatam necessitatem amico spirituali. Citat hac pro opinione concord. tractat. de necess. qq. 3. solut. & speculum FFr. & Hugonem in c. 4. & Ioannem Philip. & communiter Expositores; sic Corduba; notat autem ex Philippo, quod ab hac necessitatis specificatione absoluimur, si commodè, honestè, & sine scandalo notificari non possunt, & quamuis post, & ipse Corduba nitatur rationes istas soluere, reuera tamen non potest, excepto casu, quo pecunia ipsa spontè mitteretur à Dante pro Fratrum necessitatibus in generali: Vnde Corduba ipse post allegatam contra se tabulam

bulam VIII. Vic. Gen. confitetur ingenuè, quod nullum de multis, quos legit authoribus inuenit, qui sibi in hac parte faueat; sed communem esse opinionem, quòd determinata Danti necessitas specificetur, & tandem sub correctione loqui se profitetur; & quod procurari, nec acceptari non possit pecunia, nisi pro necessitatibus saltèm imminentibus, excepta facultate Martiniana, Corduba ipse fatetur.

115. Denide ibidem explicando quartam conditionem in procuranda pecunia à Nicol. III. præfinitam, docet euidentissimè. iuxta eumdem Nicol. art. 3. §. *Cæterum*. Ver. *Quo casu* & ex Clem. V. art. 6. Secundùm Pisan. Hugon. & alios communiter, nullo modo licere Fratribus personam nominare ad receptionem pecuniæ, nisi ad hoc inducatur à Dante; sed etiam in tali casu, debent Fratres, si fieri potest, à tali nominatione abstinere; vt cauetur à Nicol. loc. citat. ibid. fol. mihi 204. quem locum perperam extorquere nititur Rosycius, vt mox videbimus. Concludit tandem ibidem Corduba, quod ab hac quarta conditione absoluuntur, qui *Syndico*

Martiniano vtuntur; quibus ideo fuit indultum, vt *Syndicum Apostolicum possint absolutè nominare*: Ecce quanta differentia inter Nicolainum Syndicum, atque Martinianum; ne recipiant pecuniam per interpositam personam:

116. Explicándo posteà ex Nicol. III. a.3.§.*ita tamen*,& ex Clem.V.a.6. §.*deniq; cum idem*, & ex Doctoribus cit.communitèr, quintam conditionem, docet esse in vigore Decretalium *Exÿt*, & *Exiuì*; vt pecunia illa maneat in dominio donantis,donec fuerit expensa; & hoc non apparenter, sed integra sinceritate; quia sic statuit ipse Nicol. nolens huius pecuniæ dominium in se recipere. Quinimò, si donans ipse declaret, abdicatam esse à se pecuniam illam, non tamen illam Pontifex acceptat, vt datam pro Fratrum necessitate, sed nomine dantis remanet penes substitutum, sic & post Domini mortem: & ad summum, facta omni amplissima abdicatione per dantem, transit ad Ecclesiam, vt res Deo generaliter oblata; non tamen eo modo speciali pro Fratrum necessitatibus; Quis autem non videt, pecuniam à Syndico Aposto-

ſtolico, qua tali de mandato Papæ pro Fratrum neceſſitatibus receptam in Papæ tranſire dominium? Ecce alia maior inter vtrumque Syndicum differentia: Vnde meritò Corduba ipſe hìc etiam concludit, ab hac eximi quinta conditione, qui Syndico Martiniano vtuntur.

117. Ibidem qu. 10. iuxta Decretales citatas *Exÿt*, & *Exiui*, docet abſolutè, pecunias indifferenter, vel pro neceſſitatibus oblatas, procuratas, legatas &c. Fratres acceptare non poſſe, neque, vt deponantur, permittere, niſi verè illis actu, vel imminenter indigeant; cuius contrarium in Syndico Martiniano exprimitur.

118. Qu. 11. puncto 3. determinat omninò, conditiones illas, cauſas, modos, & cautelas pro recurſu ad pecuniam legitimo nõ poſſe ſine peccato violari; quia obligatoriè ſunt aſſignatæ ab ipſo Nicolao a. 3. & Clem. V. ar. 6. qui rationem aſſignat, *ne vt præcepti, & Regulæ tranſgreſſores meritò poſſint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum.* Interdicitur autem generaliter expreſsè nobis vſus pecuniæ,

exceptis illis causis, modis, &c. Ergo extra illos modos &c. (contra Rozycium) non possumus ad eam recurrere; & addit Corduba, quòd in hoc ignorantia non excusat, quia scire tenemur; & quia saltem non ignoramus, recursum ad pecuniam esse nobis interdictum; Quod si Nicolai concessione vti velimus, vtì & debemus, prout sonat, & non aliter: immo in q. 12. puncto 2. docet absolutè cum DD. communiter; & ex Nicol. & Clem. citatis, omnem recursum ad pecuniam aliter factum esse quæstum pecuniarium in Regula prohibitum.

119. Tandem in qu. 17. agens de Syndico Apostolico, eius actus quinque a nobis supra recensitos enumerat in puncto 2. & puncto 3. dicit, omnes Fratres Minores, nemine contradicente vti posse Syndico quoad duos primos actus à Nicolao assignatos, quia sunt ad omnimodum Regulæ rigorem, absque vlla specie dispensationis; Tertium, & quartum actum protestatur à Martino IV. non vero à Nicol. III. fuisse inductos; Etsi enim frustra nitatur ad eundem sensum trahere Nicol. III. vbi

Iu-

Iudices, Prælatos, atque Testamentorum executores obligat, aut admonet, vt sint solliciti pro talium legatorum solutione iudicans (ex capite suo contra illa ipsa verba Pontificis) habuisse Pontificem intentionem ad hæc extendendi Syndici facultatem, quòd morte præuentus non fecit; cum euidentissimè constet ibi prouisionem à Pontifice, non in futurum meditatam, sed tunc factam ipsis Iudicibus, atque Prælatis, confitetur tandem hoc à Nicolao III. non fuisse factum, sed deinde ab eius successoribus, nempe à Nicolao IV. Martino IV. & V. Vnde non potest Syndicus Nicol. III. Ecclesiæ nomine recipere indifferenter, etiamque in iudicio repetere omnes eleemosynas etiam pecuniarias Fratribus modo licito relictas, siue legatas; Quod tamen potest Syndicus Martini IV. & multò magis Martini V. Idem de actu quarto omninò sentiendum. Longè amplior est facultas in actu quinto per Martinum V. Syndico attributa; vt videlicet non modò eleemosynas pecuniarias Fratribus modo licito relictas, sed omnes omnino pecuniarias eleemosynas quascunque, vndecun-

que,

que, ac quomodocunque prouenientes recipere, & expetere valeat, easque pro Fratrum necessitatibus, quomodo, & quando ab eis fuerit requisitus, expendere: quod quantum distet à Nicol.III. constitutione vident, & cæci; Confiteturque Corduba (ibid. fol. 147.) ingenuè in hoc actu quinto esse aliqualem, sed rationabilem, atque licitam dispensationem, non quidem in essentiali substantiæ voti paupertatis (quia tandem horum omnium dominium non transit in Fratres, sed in Ecclesiam) sed circa circumstantias aliquas, atque modificationes, ad quas Fratres ex Regula, vel declarationibus tenebantur, in ordine ad puram, perfectamque huius præcepti obseruantiam. Qua de causa ab Italis fuere statuta hæc Martiniana recepta, propter finem sæpè iam repetitum, ad ineundam cum Conuentualibus, salua substantia Regulæ, vnionem; Ab Vltramontanis autem per longa tempora non fuere recepta; iam verè in tota Regulari Obseruantia sustinetur. Hæc Corduba in rei tamen veritate hæc omnium omninò eleemosynarum absq; vlla restrictione per Syndicum receptio

Spe-

Speculatori, atque Collectori eius discipulo, alijsque Zelotibus visa semper est sapere quoquo modo thesaurizationem. viamque Fratribus, non ad necessitates, sed ad commoditates aperire; eo vel maximè, quòd ad liberam Fratrum petitionem recepta debet expendere, maximè Superiorum: optimè fore non dubito Reformationi, quamdiù ab illa se continebit. Apertiùs in puncto 4. declarat ibidem Corduba, quòd vtentes Syndico Martiniano dispensantur in tribus. Primo, quia pecuniæ non recipiuntur nomine dantis, sed Ecclesiæ; Secundò, quia possunt Fratres ad oblatam pecuniam recipiendam statim nominare Syndicum; Tertio, quia tenetur Syndicus eam non ad suum, vel dantis libitum, sed ad Fratrum voluntatem expendere; quæ omnia Decretalibus *Exÿt*, *&* *Exiui* manifestè repugnant.

120. Omitto, quæ longè rigidioribus adnotationibus hac in materia probarunt Ioannes Baptista de Modoætia, Siguentia, Antonius Pactensis, cæterique Reformati, cum satis superque Obseruantes ipsi Rozycium conuincant, dum chimericè, vacua-

cuaque verborum congerie Syndicum Nicolai tentat ad Martinianum attrahere, vt istum liceat inter Reformatos inducere; Strictioremque cum Regulari Obseruantia omnino confundere; Iam ergo superest, vt videamus an in Rozycij conglomeratis sophismatibus aliquid appareat, cui debeat specialiter responderi.

121. Quantùm altè Nicol. III. decretali obstet vltronea Syndici nominatio ad pecunias recipiendas à Fratribus facta, iuxta Martinianam concessionem, patet superiùs omni luce meridiana clariùs. Neque dicimus, id non posse à Papa concedi; sed negamus, id stare cum Nicol. III. constituto.

[Vmbr.] *Confirmatur.* Procuratores à Nicol. III. instituti ratione venditionis rerum ante in vsu Fratrum existentium, receptionis pecuniæ, expensionis eius in necessitates Fratrum, quæ authoritate Summi Pontificis fiunt, eiusque nomine; interposita Fratrum Persona dici non possunt: Ergo nec Procuratores à Mart. V. instituti; cùm nè quidem in puncto, siue ratione institutionis, siue administrationis, ab illis dissideant; quamuis fortè in obiecto, seu subiecto aliqua sit differentia.]

122. Com-

122\. Comm. Quanta sit differentia inter res vsui licito Fratrum iam concessas, & cæteras pecuniarias à Nicolao Pontifice nunquam admissas, vnde illæ, non istæ, per Syndicum Nicolai possint alienari; patet in Superioribus.

[Vmbr.] *Dices* . Quanuis id admitti possit quantùm ad pecunias, quæ iam nullius Dominij factæ sunt, eò quòd dantes eas à se abdicauerunt; tamen admitti non potest, respectu pecuniæ, cuius dominium manet penes Dantes, attamen secundùm Martinianam respectu etiam istius potest statim immediatè Syndicus nominari, ad recipiendum dictam pecuniam, itaut eius dominium apud donantes, nisi illud reseruent, non remaneat, sed in Papam transeat; Consequentèr arctari videntur tam dantes, vt pecuniam non nisi Syndicis consignent, quàm Fratres, vt non nisi Syndicos nominent.]

123\. Comm. Negauimus ex Cordubis, Modoætia, Pactensi, & alijs; res sub nullius Dominio constitutas etiam à Dante ad fauorem Fratrum abdicatas, transire in Dominium Papæ, hoc speciali modo ad prouidēdum Fratrum necessitatibus, sed penes

Dan-

Dantem, aut eius Substitutum remanent, donec consumantur; aut ad summum vt cæteræ causæ piæ communitèr ad Ecclesiam; non hoc modo speciali pro Fratrum necessitatibus, deuoluuntur.

[Vmb. *Respondetur*. Pontificem non voluisse vlla ratione restringere potestatem donantium, quin si velint in se potestatem, & dominium reseruent, illamque administrent, vel administrari faciant per quoslibet substitutos, prout etiam declarauit Nicol. III. Declaratio enim Mart. V. & statutum, solùm respicit Fratres (quibus tamen Mart. V. liberum reliquit seruare modos Nicolai, si putarent se posse eos melius seruare cap. 4. Const.) ita vt declaratio Mart. V. præfata duos habeat fines. Primò, vt prouideatur incerto dominio pecuniarum, & declaretur, illas iure communi, vt bona pauperibus piè data absque retentione dominij in dominium Ecclesiæ reuolui, & Procuratoribus assignari tanquam D. Papæ substitutis ad legitimam eorum administrationem, vt in vsus Fratrum conuertantur. Secundò: vt inquietudinibus Fratrum, & abusibus emergentibus meliùs prouisum esset quoad nominationem substitutorũ, & depositariorum, casu quo dantes etiam dominium pecuniæ retinentes nollent Personas aliquas nominare ad expendendum, sed Fratres

iuxta declarationem Nicol.III. deberent illas præsentare; cum nomine fratrum intelligantur illi tantùm, qui ad amicos recurrere possunt: Sunt autem ex Regula Ministri tantùm, & Custodes: ex Declar. veró Nicol. Fratres ab illis commissi: Vnde Mart.V. prouide,& secundum Regulam ordinauit, ne nimia licentia daretur fratribus in nominando: (cum fratres suæ conscientiæ prodigi tales interdum nominarent, quibus ùt famulis, & Ministris vtebantur,& per ipsos infideliter ad placitum fratrum expendebantur) vt ad huiusmodi pecunias expendendas non nominarentur, nisi à Ministris, & Custodibus nominati, & hi sunt Syndici, quorum fidelitati, cætera Conuentuum negotia, authoritate Pontificis sunt commissa; Prout etiam de facto nostra Prouincialia ordinant statuta: Atque sic hâc prouisione Mart.V. potiùs est firmata Regula, & iudicio Ministrorum, & Custodum, ac Summi Pontificis fideles Personæ designatæ sunt, quæ donantibus nominari, vel præsentari possunt pro administratione eorum pecuniæ tanquam ipsorum substituti, donec in vsu fratrum expendatur; ita tamen quòd si donantibus aliter placeat, vel si ipsi aliter per se, vel per alios disponere velint, illis liberum sit; modò pecunia iuxta licitos Regulæ modos expendatur: Vnde nihil per hanc Prouisionem Mar.V. derogari videtur dispositioni.Nic.III.]

124. Comm. Laudabile cõfiteor, quod ad pręcauendos abusus fuerint Fratres à Pontifice arctati, vt nullum præter Syndicum danti valeant præsentare, quod etiam à Reformatorum statuto pręcauetur: sed nõ in hoc est nostra differentia; sed in illo, quod non ad instantiam dantis, sed vltrò nominetur à Fratribus; & quod omnes, & quascunque peculiarias Eleemosinas indifferenter recipiat, & ad Fratrum libitum expendat, hęc tria sunt grauissima.

Membrum III.

[Vmbra Hic P. Pelandus adducit probationem Patris Marchanti deducentis, Martinianam non esse contrariam Regulæ nec Declarationibus respectu Fratrum, & modi recursus, sic ait. Quia fratres non possunt recurrere ad Syndicos, nisi secundùm rigorosum Regulæ præceptum nimirùm authoritate Ministrorum, & Custodum (sub quibus Guardiani comprehendantur) & in vera prӕterita, præsenti, vel imminenti necessitate à Ministris, & Custodibus iudicanda, & secundùm modos; quibus ad amicos spirituales, & eorum substitutos per declarat. Nicol. III. recurrere possunt: Vnde nihil possunt

sunt fratres agere circa Syndicos, quod ex Regula non possunt circa Dantes, vel Substitutos, & hæc sunt verba P. Marchantij.

Solutio.

Respondet P. Pelandus : *quod ex tribus , quæ P. Marchant. adducit ad probationem huius 3. membri, vnum conceditur,& duo negantur. Primò, quod Fratres non possint recurrere ad Syndicum,nisi secundum rigorosæ Regulæ præceptum , authoritate scilicet Ministrorum,& Custodum, & hoc conceditur. Secundò, quod Fratres non possint recurrere ad Syndicos, nisi secundum modos, quibus ad amicos spirituales,& eorum substitutos, per* Declarat.*Nicolai recurrere possunt, & hoc conceditur secundum Nicol. III. sed negatur secundum Mart.V. qui expressè relinquit fratribus liberum, seruare modos Nicol.III. eosque in hoc dispensat dicens cap 4.Martiniana : In omnibus autem, quæ vltra hoc magis videntur arctare fratres; siue ex Declaratione Clementis , siue ex quacunque alia Declaratione Summorũ Pontificũ , vel aliorum quorumcunque Apostolica authoritate misericorditer dispensamus: Deinde subiungit libertatem seruandi Decl.Nicol.III. & Clem.V. dicendo : non adstringentes eos , qui voluerint prædictas declarationes seruare, quin suo voto satisfacientes seruare valeant,& tenere*. Idemque ipsum P. Marchantium fateri dicit , quanuis hic aliter loquatur , vt Nico-

laum ad Martinum pertrahat. Tertiò negat, quòd nihil possint agere Fratres circa Syndicos, quòd ex Regula non possint agere circa dantes, vel substitutos. *Quia* (inquit) *secundùm Martinianam plus possunt fratres circa Syndicos Papæ, quàm secundùm Regulam, & Nicol. III. circa substitutos donantium. Nam ad substitutos donantium non possunt recurrere, nec eos rogare, nisi vt expendant in Fratrum necessitates pecuniam sibi à Donantibus commissam, sed secundum Martinianam non solùm possunt fratres recurrere ad Syndicum Papæ, & eum rogare, vt expendat pecuniam ex venditione mobilium, quæ sunt in vsu fratrum, acceptam, sed etiam ad recipiendum in Papæ dominium pecuniam à Fratribus per recursum procuratam, vel sibi liberaliter, aut ex laboritio tributam. Quod quidem nullo modo facere possunt, iuxta Declarat. Nicol. III. & Clem. V. qui volunt, quod huiusmodi pecunia maneat in dominio donantium, donec expendatur, nec vllo modo in dominium Ecclesiæ transeat: & propterea Martiniana in hoc fratres dispensauit dicens, misericorditer dispensamus.*

Sed quantum ad hoc secundum, & tertium punctum, quæ negantur à P. Pelando, ob rationes ab ipso adductas, admisso, quod per Martinianam in modis à Nicolao expressis sint dispensati, vt prætendit P. Pelandus, cum Cordubа contrà solutionem P. Pelandi quoad secundum.

Dico. Quòd P. Pelandus confundit modos re-

recursus expressos in declarat. Nicol. III. qui sunt in duplici differentia : aliqui enim sunt quasi intrinseci essentialiter determinantes substantiam votorum , præceptorum , ac obligationum , sine quibus eorum essentia saluari non potest ; alij sunt quasi extrinseci, accidentaliter determinantes vota , præcepta , & obligationes, sine quibus potest saluari substantialis puritas eorum; qui propterea mutari possunt interdum in æquiualentes , & quandoque etiam iuxta circumstantias, in meliores. In proposito itaque nostro, quando P. Marchantius dicit , fratres non posse recurrere ad Syndicos Martinianos, nisi secundùm modos , quibus ad amicos spirituales, & eorum substitutos per Declarat. Nicol. III. recurrere possunt ; loquitur de modis quasi intrinsecis, qui sunt, vt Fratres non permittant plùs deponi apud illos, quàm necessitas requirat, vt residuum ad donantes reuertatur, vt donantes repetere possint pecuniam, vt Fratres recurrendo in pecuniam nil omninò iuris prætendant, & ab omni administratione, seu dispensatione pecuniæ abstineant, vt contra personam nominatam ab eis , cuiuscunque conditionis existat, in iudicio, vel extra , qualitercunque persona prædicta in comissione huiusmodi se habeat, actionem non irritent; nisi enim seruentur isti modi , substantia præceptorum , & obligationum Regulæ, vt patet, violatur; Et isti modi etiam secundùm Martinianam seruari de-

bent in recursu ad Syndicos; nec hos seruare liberum relinquit Martinus Fratribus, neque eos in his dispensat; sed loquitur de alijs modis, quasi extrinsecis, qui sint mutabiles salua substantiali puritate Regulæ, quales sunt illi; Quòd Fratres, non nominent, nec præsentent substitutum, nisi postquam dixerit ille, qui dat pecunias, se nolle per se, nec aliquem nosse, cui committat; Quod faciant protestationem, & quòd petant assensum Dantis, & licentiam ad subrogandum, vel substituendum alias personas; sicut præscribit Nicol. III. & Clemens V. nam vt aduertit Cyprianus Crousers 45. supra Reg. Fratrum Minorum ex Hieronymo à Politio, Pontifices illos modos posuisse ad abundantiorem cautelam, & monitionis causa; vt indicat illa particula in descriptione horum modorum *Nicol. posita, §. cæterùm, &c. si fieri poterit.* Et vt magis à periculis transgrediendæ Regulæ, & receptione pecuniæ elongemur. Ne meritò (inquit Clem. V.) transgressores Regulæ, & præcepti dici possint.]

125. Comm. Ex ipsis Clem. V. hac in vltima linea à Rozycio descriptis, *ne meritò transgressores Regulæ, & præcepti dici possint*; Est manifestum omnes illos modos, causas, & cautelas á Nicol. & Clem. constitutas pertinere essentialiter ad integram

Re-

Regulę puritatem conseruandam: Vide fusiùs in supradictis à n.93. ad 97. Quod autem Crousers, & Politius Capucini sentiant cum Rozycio; iam sępè respondi, nihil ad Reformatos attinere, quia illi ad Decretales rigidiores *Exijt*, & *Exiui*, non obligantur vt Reformati: Chimerica verò est illa distinctio, de modis, & cautelis, &c. in intrinsecos, & extrinsecos; omnes vniformiter recensentur à Nicol. & Clem. & declarantur obligatorij per clausulam finalem; *nè transgressores Regulæ*, dici possint.

[Vmbra. *Dices*. Nicol. III. §. *cæterùm*, dicit: *Quòd si iste modus seruatur, in nullo infringitur Regulæ puritas, aut quomodolibet eius obseruantia maculatur*: Ergo per oppositum, nominando, vel præsentando statim Syndicum, vel Personam aliam ad recipiendum dictam pecuniam, secundùm eumdem Nicolaum, Regulæ puritas infringitur, & eius obseruantia maculatur.

Respondetur. neg. Consequentiam. Quia enim hoc non tangit essentiam præceptorum, votorum, atque obligationum, sed solùm est modus accidentalis, quo practicari potest præceptum Regulæ, ly, nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, potest mutari salua obser-

uantia, & puritate Regulæ, in oppositum variatis circumstantijs, ita vt puritas Regulæ sicut stat cum eo, ità & cum opposito; sicut male inferretur, sumendo collatiunculam præscriptam in die ieiunij non frangitur ieiunium, nec eius obseruantia maculatur: Ergo per oppositum non sumendo, ieiunium frangitur, & eius obseruantia maculatur.]

126. Comm. Quàm ridicula est hęc illatio, ab omissione indulti arguere ad omissionem obligationis: Ientaculum est ex Ecclesię indulto; vt si velis, ipsum assumas, si non velis dimittas: hæ verò in recipienda pecunia cautelę sub præcepto dantur à Nicolao; ita ut salua puriori Regulę obseruantia (de qua loquimur) non sit liberum eas omittere.

[Vmbra. *Quoad tertium.* Primò oppono statuta Reformat. *quæ cap. 4. n. 3.* supra citaui. Sicque arguo: Ex Declarat. Nicol. III. non solum possunt Fratres recurrere ad substitutum donātium, vt expendat in Fratrum necessitates pecuniam sibi à donātibus commissam, sed etiam vt patet ex *art.* 4. §. *cæterùm*, quando dominus pæcuniæ non vult, aut non potest commodè pecuniam expendere in necessitates Fratrum, no-

minare, & ex consensu, ac voluntate principalis domini subrogare personam quamcunque idoneam, quæ nomine domini principalis pecuniam expendat in veras necessitates, & cum persona sic subrogata agere possint, sicut cum prima, siue domino pecuniæ licebat, sed nominare, vel instituere, ac subrogare Syndicum, & Procuratorem ex consensu Martinianæ ad recipiendum in Papæ dominium pecuniam, siue à Fratribus per recursum procuratam, vel sibi liberaliter, aut ex laboritio tributam: nihil aliud est, quàm ex consensu, & voluntate principalis domini (qui in hoc casu, vt demonstraui superiùs, est Papa) cum per se non velit subrogare Personam, quæ nomine illius pecuniam expendat in veras necessitates, vt suppono: Ergo cum Regulæ, & conscientiæ puritate etiam conformiter ad declarat. Nicol. III. licet tales personas instituere, nominare, subrogare, cum ita Pontifex fieri ordinet, & velit sicut verus dominus: Quamuis iuxta declarat. Nicol. III. & Clem. V. non licuisset, supposito, quod noluerint: quamuis cum puritate Regulæ, & conscientiæ Fratrum potuissent velle.

Ex quibus patet insufficienter esse solutas rationes P. Marchantij à P. Pelando, & frustra ab eo incusari P. Marchantium, quòd non declarauerit, an, & quando post Bullam Vrbani VIII. liceat Martiniana vti, hoc enim abundè fecit, cum ostendit eam in contingentibus substan-

tiam votorum, præceptorum, obligationum, Regulæ, esse omninò conformem, & ferè eamdem cum Declarationibus Nicol. III. & Clem. V. in alijs vero saltem æquiualenter.

Et ex dictis patet ad alia, quæ à P. Pelando in contrarium exagerantur; vt dum art. 4. demonstrare nititur omnimodam difformitatem inter prouisiones Martinianas Nicol. III. & Clem. V. ex ipsorum textu: Nam quantum ad essentialia, sicut in prouisionibus Nicol. III. & Clem. V. dicitur: *Totus Ordo semper tenuit, & tenet, quòd Regula seruatur secundùm suam puritatem, quando seruatur secundùm nostram directionem*: ita in prouisionibus Martini IV. & Pontifices prædicti declarauerunt, se non intendere, nisi puram obseruantiam Regulæ, conscientiarum puritatem, & quietem: sic expressè Martinus IV. in Bulla: *Exultantes in Domino*. Martinus V. in Bulla. *Amabiles fructus*, quas Bullas, vt obseruantiæ Regularis assertrices confirmauit insertis tenoribus eorum Eugenius IV. Bulla: *Prouisionis nostræ*: Paulus IV. Bulla: *Ex Clementi*: vbi postquam institutionem, vel potestatem Syndicorum, in prouisionibus Prædecessorum suorum contentam declarasset, & innouasset, subdit: *Nec propter præmissa Fratres Minores huiusmodi, contra Regulam Sancti Francisci, quam professi sunt, & profitebuntur in futurum siue contra Statuta Regularia Sui Ordinis in aliquo facere, nec fecisse: immò cum illius obseruatione quoad hoc, & pura, ac sana*

con-

conscientia, sine alicuius conscientiæ scrupulo vixisse, & imposterùm viuere declaramus.

Quod autem P. Pelandus adducit textum Mart.V. in quo dicitur: *Authoritate Apostolica misericorditer dispensamus,* intelligi debet, vt dixi demodis accidentalibus à Nicol.III. & Clem. V. præscriptis, qui videbantur arctare fratres, in rei veritate tamen, erant mutabiles, salua substantiali puritate Regulæ: Neque Declar. Nicol. III. & Clem. V. possunt præiudicare declarationibus sequentium Pontificum, quin possint dubia, difficultates, & alias de puritate Regulæ, & modis obseruantiæ, quæstiones insurgentes, siue renouatas resoluere, declarare, interpretari, modosque obseruantiæ determinare; sicut & Antecessores potuerunt; Vnde dispensatio, de qua loquitur Martiniana, non est relaxatiua, sed declaratiua; qualẽ reperiri etiã in declarat. Nic. III. & Clem. V. dixi supra fol. 14. in Resp. ad obiect. tertiã post cõcl. primã. Nec est verũ, quod dicit Sanctorus, hanc arctationem, in qua dispensat Martiniana prouisio, non esse venialem, sed mortalem; quia, inquit, materia venialis, nec arctat, nec indiget dispensatione: nam P. Bonagrat. Capucin. V. dispensatio: docet materiam dispensationis, non solùm esse Regulam, sed etiam constitutiones, & statuta ordinis, quæ, vt omnes tenent, non obligant etiam ad veniale num. 136.

127. Comm. Neque negauimus, neque negamus, hasce pecunias ita posse per Pontificem assumi, & eius authoritate expendi; sed negamus, hoc stare cum declarat. Nicol.III. sed de his omnibus videndum abundè in hìc anteà immediatè coaceruatis.

[Vmbra *Ad id*, quod addit in fine articuli, secundùm Martinianam debere omnes Eleemosynas pecuniarias, & alia, quæ ad pecuniam reduci possunt, Syndico integraliter consignari, contra Nicol.III. declarationem, qui determinat, non posse fratres recurrere ad dantes, vel eorum substitutos, nisi in vera præsenti, vel imminenti necessitate: Vnde dicit P.Sanctorum de Melphi in Commentarijs statut. cap.4. inferre, quòd Syndicus secundùm Martinianam etiam superflua recipere possit, & ad Thesaurizationem, contrà Regulam, & Declarationes Nicolai III. & Clem.V.

Respondetur negando Assumptum, & illationem Sanctorij; quia, vt notat Marchant. *fol.90. suæ praelect.Theol.* Semper in omnibus suis prouisionibus, quando Pontifices loquuntur de fratribus, restringunt, vt omnia, quæ circa illos fiunt per modos suæ Regulæ licitos, & congruos, vel proùt illis licet ex Reg. & Declarat. Reg. fiant; Quòd præsertim verum est de Consti-

ſtitutione Martiniana in materia propoſita, in qua poſtquam determinatū eſt omnes Eleemoſynas pecuniarias, & alia, quæ ad pecuniam reduci poſſunt, debere integraliter conſignari Syndico, ſubditur: qui eadem diſpenſare debeat legaliter, & fideliter in reparationem Conuentuum, & locorum, aliaſque neceſſitates fratrum pro tempore occurrentes; Supponendo quod ad præfatos Syndicos, Fratres non niſi in veris dictis neceſſitatibus recurrere poſſint, eaque ſolùm in neceſſitates præfatas nomine Sedis Apoſtolicæ, ſeù Pontificis tanquam Domini principalis expendi facere, ac deponi permittere.]

128. Comm. Voluntaria eſt, & contra literam ipſius Martinianæ diſpenſationis illa ſuppoſitio, quod intelligi debeat illa conceſſio pro ſolis neceſſitatibus fratrum iuxta Decretalem Nicolai, cum etiam ampliorem illam intelligant omnes Expoſitores, vnde per annos plurimos ab Vltramontanis non fuit acceptata; diſputatumque grauiter fuit inter Doctores, nùm illa vti liceret obſeruantibus, id etiam eſt citra controuerſiam, quòd etſi fratres non niſi pro neceſſitatibus veris præſentibus &c. poſſent ad Syndicum recurrere; liceat tamen per illam Syndico Eleemoſynas

om-

omnes &c. indifferenter, pro necessitatibus eorum accipere; atque conseruare; quod à Nicolao nullo modo conceditur.

[Vmbra *Articulo* deinde 5. ad illùd, quod P. Marchant dicit: Syndicos secundùm Martinianam non aliam habere authoritatem respectu Papæ, quàm substituti nominati ab amicis spiritualibus.

Respondet P. Pelandus concedendo de Syndico Nicol. III. nam dicit: *sicut substituti amicorum spiritualium habent ab ipsis authoritatem expendendi pecuniam eorum in fratrum necessitates; ita Syndici Papæ habent ab eo authoritatem expendendi in fratrum necessitates pecuniam acceptam ex venditione mobilium, quæ in vsu fratrum sunt*; Sed negat id verum esse de Syndico Mart. V. *quia licet Substituti donantium authoritatem ab eis habeāt expendendi eorum pecuniam in fratrum necessitates: attamen non habent ab eis recipiendi, & expendendi omnes pecunias à fratribus per recursum procuratas, vel eis liberaliter, aut ex laboritio oblatas. At Syndicus Martini V. non solùm habet à Papa authoritatem expendendi pecuniam acceptam ex venditione mobilium, quæ erant in vsu fratrum, sed etiam authoritatem habet à Papa recipiendi in dominium eius omnes Eleemosynas pecuniarias, & omnia alia ad pecuniā reducibilia, & per consequens falsum est (loquendo de Syndico Mart. V.) quod Syndici respectu Papæ non aliam habeant authoritatem, quàm substi-*

tuti nominati ab amicis spiritualibus. Sed

Contra. Ideo substituti amicorum spiritualium habent potestatem ab eis expendendi pecuniam ipsorummet in Fratrum necessitates; quia illius pecuniæ sunt Domini; & non habent authoritatem ab ipsis recipiendi, & expendendi omnes pecunias à Fratribus per recursum procuratas, vel eis liberaliter, aut ex laboritio oblatas; quia non sunt Domini illarum: sed secundùm Martinianam Pontifex verè est Dominus pecuniæ à Fratribus per recursum procuratæ, vel eis liberaliter, aut ex laboritio oblatæ: (Supposito, quòd dantes à se illam abdicauerint, vt supra dictum est.) Ergo potest tanquam principalis Dominus Syndico tanquam suo substituto dare authoritatem, pecuniam huiusmodi expendendi in veras necessitates Fratrum præsentes, vel imminentes; non aliter omnino quàm Nicolaus III. dedit suo Syndico authoritatem expendendi pecuniam in necessitates Fratrum, acceptam ex venditione rerum mobilium, quæ erant in vsu Fratrum; quia earum est verè Dominus: ergo verum est (loquendo de Syndico Martini V.) quòd Syndici respectu Papæ non aliam habent authoritatem, quàm substituti nominati ab amicis spiritualibus: Vnde differencia, quam assignat P. Pelandus inter Syndicos Martini V. & substitutos amicorum spiritualium, est omninò solùm materialis in ratione scilicet obiecti, vel subiecti; qualis v.g. esset in-

ter duos substitutos duorum amicorum spiritualium, quorum vnus authoritate dantis colligeret pecuniam ex prouentibus ei debitam, & eam in Fratrum necessitates expenderet; alter expenderet pecuniam in Fratrum necessitates, authoritate dantis, per mercaturam, vel successionem acquisitam: Vel qualis est de facto inter Syndicum Nicolai III. & substitutum alicuius amici spiritualis, dum Syndicus Nicolai expendit pecuniam in necessitates Fratrum ex venditione rerum mobilium acquisitam; substitutus verò amici spiritualis pecuniam sibi immediatè datam ab ipso; inter hos differentia est solùm materialis; nam formalitèr conueniunt, quatenus vterque gerit vices veri Domini, in Fratrum necessitates expendendo eleemosynam; quicunque sit ille Dominus, vel quomodocunque acquisierit dominium pecuniæ expensæ, quòd vt notaui supra cum Corduba ex D. Bonau. & Hugone est omninò impertinens ad obseruantiam Regularem, modò ipsi Fratres nō sint Domini, & Administratores pecuniæ; sed id spectat tantùm ad satisfaciendum Politiæ, & iuri gentium, & ad administrationem bonorum, quæ ad proprietatem, & dominium Ecclesiæ pertinent; ita in Propòsito formalitèr accipiendo substitutum Dantis, & Syndicum Martini, nil òmninò differunt, nam substitutus nihil aliud est ex Decl. Clem. V. quàm persona pro amore Dei eleemosynam pecuniariam modo

Fra-

Fratribus licito expendens in eorum necessitates nomine Dantis Principalis, siue eleemosynaria pecunia detur in specie, siue ex venditione, vel alienatione alicuius procedat. Eadem prorsus ratione (cum sicut dictum est supra res Fratrum vsibus concessæ, siue mobiles, siue immobiles, piæ etiam legationes, & legata pecuniaria, in quibus dantes nolunt sibi reseruare dominium, in administrationem Papæ, & dominium Ecclesiæ deuoluantur) Papa succedens in locum Domini Principalis, habetur pro Principali Dante: & consequenter amici, siue Patris spiritualis vicem tàm quoad nomen, quàm quoad rem induit; & vbi Procuratores, seu Syndicos instituit, idem facit, quòd Amicus spiritualis dans eleemosynam, quando illam per se expendere in vsus Fratrum non vult, facere solet; amicus namque in tali casu alios substitutos nominat, aut per Fratres nominari postulat: Ita Papa ordinans Syndicos debere nominari per Generalem in tota Prouincia, qui pecuniam recipiant, & expendant, vult substitutos suos per Fratres nominari; Vnde sicut substituti donantium reputantur ex Declarat. Clem V. amici spirituales, propter ministerium, quod nomine Donantium exhibent, ita Syndici Domini Papæ possunt, & debent dici Amici spirituales, quia vt substituti Papæ, vel donantium ministerium suum exhibent; ideoque participatiuè ratione ministerij nomen amici

spi-

ſpiritualis ſibi merentur, & vulgariter hac ratione Patres ſpirituales nuncupantur.]

129. Comm. Quæſtio merè de nomine videtur iſta: Quamnam authoritatem, vel quomodo ſe habeat Syndicus, quicunque ille ſit, in expendendo pecunias ad Eccleſiam pertinentes pro Fratrum neceſſitatibus; quia ſe habet vt Miniſter, & deputatus à Domino pecuniæ, ſicut alter ſubſtitutus à dante: ſed grauiſſima eſt differentia, qualem facultatem habeant in recipiendis eleemoſynis pecuniarijs; & quibus cum modis, & cautelis ad eum Fratres recurrere valeant? De quo abundè in antedictis: vnde duo hæc hic malè indiſtincta diſputantur.

[Vmbra] *Vlterius* dum P. Pelandus ad alia quædam P. Marchantij dicta reſpondendo dicit: *Prouiſionem Martini V. deſeruire maiori Fratrum quieti tantùm exteriori, non interiori conſcientiæ; quia per eam ſunt miſericorditer diſpenſati; item quòd faciliùs ſit vnam perſonam* (ideſt Syndicum Martinianum) *informare, ſed non puriùs. Item quòd Beatus Ioannes Capiſtranus illam prouiſionem Martini V. impetrauit pro Conuentualibus, non pro Obſeruantibus.* Hæc omnia inquam facilè ex di-

ctis reijciuntur, quia sine ratione dicuntur. Sed.

Quantum ad primum, falsum est prouisionem Martini V. quoad Syndicum deseruire solùm exteriori quieti Fratrum, non interiori conscientiæ: quia hæc dispensatio, de qua loquitur, non est relaxatiua, vt dixi, sed solùm declaratiua, consequenter deseruiens interiori conscientiæ quieti; hinc Petrus Nauar. *apud Cordub. qu.* 16. *fol.* 451. *dicit ad securam Regulæ obseruantiam institutio Syndicorum; non dispensatio, sed melior dispositio vocari deberet.*

Ad secundum; quòd non solùm est facilius vnam personam, scilicet Syndicum Martinianum informare, sed etiam puriùs, patet *ex Corduba ad cap.* 4. *Regulæ quæst.* 8. explicante quintam conditionem, quæ necessaria est in procurando, & deponendo pecuniam apud aliquem, secundum Regulam, & declarat. Nicolai III. & Clementis V. vbi ait: *ideò pro remedio obliuionis cautè faciunt, qui Syndicos, seù alios Depositarios pecuniarum habent iam generaliter instructos, vt sciant, quòd nulla pecunia deposita apud eos, per dantés quoscunque deponitur, aut tenetur, vel expenditur nomine, & authoritate Fratrum; neque in ea habent dominium, sed ipsi donantes, si sunt viui, sunt domini liberi, si autem sunt mortui, vel si pecunia est in testamento legata, iam talis pecunia, vel eius dispositio pertinet ad Papam, vel Ecclesiam, & eius nomine tenetur ad necessitates Fratrum:* Ergo non solùm est faciliùs informare vnã personam

Q (idest

(idest SyndicumMartinianum) sed etiam purius secundùm Cordubam.

Petrus quoque Nauarrus apud Cordubam cap.4. quæst.16. ponit conclusionem huiusmodi ad marginem: *Fratres Vltramontani licitè possunt vti Syndico ad pecunias deponendas sine aliqua Regulæ dispensatione, quòd non solùm est vtilius; sed omnino necessarium; postquam in Capitulo Generali Romæ celebrato 1600. authoritate Apostolica constitutum est, vt dominium pecuniæ, siue liberaliter, siue cum onere Fratribus oblatæ, penès Romanum Pontificem remaneat, iuxta declarationem Martini V. & Pij IV. videatur Pater Emanuel Rodriquez tom. 3. quæst. Regularium qu. 37. art. 4.*

Ad tertium dicam, esse meram, & inutilem euasionem; Nam Corduba *ad cap.4. Reg. quæst. 61. fol.*435. notat istas Constitutiones Martinum V. fecisse pro toto Ordine vniendo, & reformando; consequenter impetrari, & acceptari à Beato Capistrano tam pro Obseruantibus, quàm pro Conuentualibus; aliàs si pro ipsis distinctæ Constitutiones fuissent ordinatæ, non voluisset ipsos reformare, & Obseruantibus vnire.

130. Comm. Clarissimè docuit Corduba, contra sophismata Rozycij, quòd per dispensationem Martinianam faciliùs, *licèt non purè*, nos habemus in recursu ad pecuniam; hoc videre poterat Rozycius

in Corduba fol. 192. in initio quæst. 8., in quo stat punctum controuersiæ; quod autem ab ipso Rozycio citatur ex quęst. 16. de Syndici institutione in communi, sophisticè citatur, cum impertinens sit ad intentum; non enim quæritur hìc, an licita in rigore, vel ex dispensatione sit institutio Syndici, sed de varia Syndici authoritate disputatur. Similiter, & impertinens est ad intentum hujus controuersiæ punctum secundum eo modo, quo hic refertur; quia hìc agimus: an Syndicus Martinianus aliqualiter ampliet Nicolaini Syndici facultates; & ideò non possit à Reformatis admitti; quod ex communissimo omnium Antiquorum, atque Reformatorum assensu, & ex ipso Corduba probauimus; atque respondendo, vel arguendo logicaliter, reiectis sophismatibus, nusquam euacuabit Rozycius.

10 ❡ Vmbra ❡ *Denique* exclamatio, qua vtitur contra dictum P. Marchant. ad calcem suæ concordiæ positum, quòd scilicet nulla sit in prouisione Martini IV. & V. particula, quæ si benè consideretur, vel modicum puritati Regulæ aduersetur; est solùm vox, & prætereà nihil.

Tandem pro intelligendis protestationibus ab Ordine factis contra omnes declarationes Regulæ aduersas declarationibus Nicolai III. & Clementis V., & ad intelligendum, vtrùm prouisio Martiniana aduersetur Regulæ, dictorumque Pontificum declarationibus.

Aduertendum est, triplicia reperiri in declarationibus Summorum Pontificum, quæ diuersimodè ad Regulæ puritatem spectant: Alia enim ad essentiam Votorum, Præceptorum, & Obligationum pertinent; vt sunt, quæ de vera paupertate, pecuniarum omnimoda abdicatione &c. traduntur, & illa semper, & vbique immobilia sunt, & vniformiter declarantur. Alia sunt, quæ modos accommodos assignant, quibus præcepta obseruari possunt, vt sunt modi assignati pro recursu ad amicos spirituales, & illi mutabiles sunt, & salua substantiali puritate: in æquipollentes, & aliquando etiam iuxta circumstantias meliores, vel congruos modos mutari possunt. Alia denique, quæ extranea sunt, & ad satisfaciendum magis Politiæ, & iuri gentium spectant; vt quæ de dominio rerum vsibus Fratrum cedentium, de dominio pecuniarum, antequam in rem Fratribus licitam conuertantur, disputantur. In his porrò duobus vltimis declarandis, disponendis, exprimendis variè se Pontifices habuerunt, absque vlla Regulæ, vel puritatis eius relaxatione, supplendo, mutando, interpretando, indulgendo, prout rerum, tem-

porum,

porum, locorum circumstantiæ postulauerunt; In primo autem, & circa essentialia Regulæ se vniformiter habuerunt; Et si qui inuenti sunt aliquando aliquid puritati Regulæ, & obseruationibus litteralibus, & spiritualibus Votorum, & præceptorum contrarium ob infirmitatem Religiosorum benignè indulsisse, his dispensationibus, & priuilegijs Ordo semper renuntiauit; Atque sic etiam præfatam Martinianam prouisionem conformando se Authoribus illam relaxatiuè interpretantibus, non recipit. Quòd si tamen explicetur, vti explicatur à P. Marchant. nulla ratione videtur habere locum inter declarationes relaxatiuas, nec consequenter ab Ordine ei renuntiatum esse, vel eam per Breue Vrbani VIII. esse reuocatam.]

131. Comm. In contentionibus nullo modo partem habere volo; pro veritate doctrinæ, pro Reformationis illæsa incolumitate tuenda, omni semota passione Vmbram Rozycij dilucidandam iussus assumpsi: quomodo possint vel ipse, vel Marchantius Martinianas Constitutiones explicare, vt Reformatis accommodentur; quid in rei veritate contineant, ex communi omnium Expositorum, luculentius ex Corduba de Regulari Obseruantia;


necnon ex collatione Decretalium Nicolai, & Martini ad inuicem; abundè, clarè, solidèque Deo propitiante, credere possum, esse demonstratum.

132. Cæterum illa Rozycio non possunt non facere grauamen; quod cum esset tunc Minister Prouincialis, Vmbram suam fecit ab amicis Lectoribus approbari, quòd certè non euenisset, si opus integrum à Superioribus Reformatis examinandum transmisisset in Vrbem: item quod absque sui Ordinarij facultate liber ipse veluti furtiuè, Pragam fuerit impressionis ergo transmissus, & impressus.

133. Indoluit Prouincia Minoris Poloniæ inter omnes de Strictiori Obseruantia zelantissima; indoluit, vt cognouit, quò tenderent hæc noua contra Reformatam professionem à Rozycio suo Ministro inuenta doctrina, vt vidit sub huius Vmbræ obscuritate Syndicum, & statuta Martiniana, in Conuentus introduci, Agmine facto zelantissimi quique dolentes, Reformatam Prouinciam tam subitò in multis deformari; Syndicum Nicolai cum Martiniano, statuta Reformata cum Martinia-

nis; per notissimas æquiuocationes; per truncatas, falsasque allegationes in vnum confundi; modos recursus ad pecuniam a Nicolao III. præfinitos eludi, dum eos in substantiales, & accidentales, in intrinsecos, & extrinsecos, ad aperiendam eleemosynis superfluis, copiosisque cuiuscunque generis ostium latissimum, diuidendo reijcit, recipitque pro libito; non obstante anathemate, quod Nicolaus ipse Pontifex in eos fulminauit, qui expositiones in illam suam decretalem introducerent; Rozycium etsi Prouincialem arguerunt, inde conuincentes de præiudicio Reformationi inuecto per statuta Martiniana veluti furtiuè subintroducta; dum non ignoranter ipsa statuti verba mutilauit; vbi cap. 4. ampliata pro recipiendis omnibus, & quibuscunque pecuniarijs eleemosynis authoritate Syndici dispensatur expressè in maioribus, qui à Nicolai III. & Clementis V. decretalibus possint adduci rigoribus; nec tamen adstringantur ad nouitates istas dispensationis, qui præfatis decretalibus velint inhærere; vt Reformati specialiter obligentur. Videns itaque Rozycius, quòd

in Polonia omnibus, (præter paucissimos amicos) & ipso in primis Episcopo aduersantibus, librum edere non posset, Pragæ imprimendum curauit; vbi consensum Archiepiscopi per Cancellarij dictum habuisse notatur; quòd tamen à Patribus Polonis apertè negatur; vnde tandem in pleno Capitulo Prouinciali anno 1686. die 7. Iulij Vmbram hanc detestati, atque statuta Martiniana Reformatis non permissa reijcientes protestati sunt à Nicol. III. & Clem. V. decretalibus se nolle recedere; missoque ad Romanam Curiam libello, supplicarunt, vt pro suæ Prouinciæ salute, vtque sub Authoris Reformati nomine cæteri non deciperentur, Vmbra ista veriori lumine illustraretur. Cum merito salutaris Obedientiæ citato calamo Commentarios istos apposui: vtinam ad Dei, & Sancti Francisci gloriam, & Strictioris Obseruantiæ conseruationem vltimatò proficiant; Hæc, & cætera scripta mea S. Rom. Ecclesiæ correctioni, vltrò lubensque subijcio.



FINIS.

Errata	Pagina	Linea	Corrige
vigeurit	12	22	viguerit
declarationis	19	4	declarationi
quo	20	10	quæ
pro	21	3	præ
quin		13	quia
nomine	25	2	nemine
vt dictum est		25	vt sicut dictum est
Blada iocalia	27	23	Blada, Iocalia
Tan,bucana	28	14	Sambucana
Atque	34	16	At quæ
odiosè	41	6	odiosæ
testator	44	22	testatur
vel	47	3	*vel*
explicarur	48	23	explicatur
Monoætia	56	25	Modoætia
Pecunia,)	63	23	Pecuniam
Pecuñia	64	8	Pecuniam
mandicando	78	26	mendicando
abiudicare	87	9	abdicare
addicat	89	3	abdicat
indiffer	99	vlt.	indifferentet
ostendies	101	23	ostendi res
suppono	105	20	vt suppono
pertio	110	1	pretio
& quo	116	24	ex quo
illicila	122	vlt.	illicita
blandum	126	6	bladum
vnius	127	vlt.	omnis
sit	135	8	fit
vnicas	141	12	vncias
æstimatio	145	13	æstimato
in intelligibilis	157	4	inintelligibilis
successionem	182	9	secessionem
dominium	210	2	dominum
authoritates	217	11	authoritas
peculiarias	232	9	pecuniarias
comprehendantur		26	comprehenduntur